70
4 D
27

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

70. 4. D. 27

Hain *9851
Isaac 13183

altro es. 70. 7. G. 25

Ibc III, 217

Sec XVI

oo 72
6-2-
90 46
[? [illegible] 1809?]

70-4-D-27

Quæſtiones Camaldulenſes Chriſtophori Landini Florentini ad Federicum Vrbinatum Principem.

Quæſtionum Camaldulenſiũ. De uita actiua & contemplatiua. Liber primus.

Quæſtionum Camaldulenſiũ. De ſummo bono. Liber ſecundus.

Camaldulenſium diſputationum Chriſtophori Landini In. P. Virgilii Maronis Allegorias. Liber tertius.

Camaldulenſium diſputationum Chriſtophori Landini In. P. Virgilii Maronis Allegorias. Liber quartus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CHRISTOPHORI LANDINI FLORENTINI AD ILLVSTREM FEDERICVM PRINCIPEM VRBINATVM DISPVTATIONVM CAMALDVLENSIVM LIBER PRIMVS. DE VITA CONTEMPLATIVA ET ACTIVA. FELICITER INCIPIT.

EX OMNIBVS ſtudiis Illuſtriſſime Federice / quibus quidem uariis: ac penitus inter ſe diuerſis humanum genus exercetur id in primis cum omnium: in quibus uel mediocris prudentia elucet / conſenſu approbatur: tum ſapiẽtiſſimorum uirorum iudicio ueluti optimũ præfertur: in quo finem illum omnium rerum ultimum: quod græci Telos nuncupant / inueſtigamus. Ad quem ueluti ad extremam curriculi metam deuenientibus nobis in tuto: tranquilloq; acquieſcere liceat. Qui quidem niſi certus: ac præfinitus a ſummo deo nobis propoſitus ſit: quid iam humana conditione miſerius excogitare poſſim / non reperio. Nam̃ ſi cunctis aliis in rebus ſiue animatæ illæ ſint: ſiue anima careant / ultimum aliquid: atq; poſtremum natura conſtituit: quo cum peruenerint beatæ iure dicantur: nonne iniquiſſime nobiſcum actum eſſe putemus: ſi ſolus is homo ſit: quem quo grauiſſimos ac pene infinitos labores ſuos / quo omnes cogitationes: quo deniq; uniuerſæ uitæ curſum dirigat / nuſquam inueniat. Sed profecto ſicuti ſagittariis ſuum ſignum procul expoſitum eſt / quo ſagittas collineent atq; dirigant: ſic homini hoc: quod dixi ultimum ab ea: quæ nulla unquam in re deficit natura propoſitum eſt. Quod ſi negligat / miſer ſemper futurus ſit homo. Sin autem omnes uiuendi rationes illhuc tendant: ſummam ſimus beatitudinem conſecuturi. Quam ob rem quid nobis ſtultius fingi poteſt? qui in rebus nihil profuturis: ac potius perſæpe nocituris tam aſſiduas uigilias conteramus: tam intollerabiles labores perferamus: tam manifeſta in pericula irruamus. Earum autem rerum: quibus ſolis & aduerſus uarios fortunæ impetus armari poſſimus: & quid inter illud uanum: adumbratumq; & hoc ſolidum: atq; expreſſum & uere bonum interſit cognoſcimus? ne minimam quidem curam ponamus. Quam quidem rem cum ſæpe mecum animo repeterem: non ab re uiſum eſt: ſi eos ſermones litteris mandarem: quos Leonem Baptiſtam Albertum uirum omnium / quos ego unquam uiderim: omni doctrinarum genere exercitatiſſimum: & ſumma eloquentia inſignem: de duplicĩ: quod proprium hominis ſit / uiuendi genere: atq; de bonorum maloruq; finibus etiam ex diuino Maronis poetæ figmento habuiſſe meminerim. Verum cum librum noſtrum eius principis auctoritate honeſtare placeret qui

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUE[LE]

omnium/quos ætas noſtra tulerit : utroq; illo genere maxime excelleret:quem
tibi Illuſtriſſime Federice conferrem : etſi multum : diuq; uniuerſam Italiam
mente ac cogitatione luſtraſſem / repperi neminem . Nam cum quicunq; ere
ctiore quodam ingenio fuerint : aut ita cœtum : ciuitatemq; coluerint : ut &
prudenter monendo : & recte agendo non ſibi ſolum : uerum reliquis quo-
q; profuerint : aut maiori quadam mente præditi : relictis humanis negoci-
is ſe ad diuinarum rerum contemplationem erexerint : nonne utrunq; iſto-
rum in te eſſe cognoſcimus? Non te fugit : qui de uita ſociali : atq; ciuili ſcri
pſerunt rem totam in pacis : ac belli ſtudia diuiſiſſe : & propter illam ſe ex-
petendam : hoc autem minime propter ſe . Sed ut ad eam redire liceat / ſu-
mendum demonſtrant . Q uæ igitur te uirtus unquam ex illis latuit : qui-
bus ciuilis concordia : atq; commune ocium : uelut optimis fundamentis a
principio in re pub.conſtituatur : ac conſtitutum deinceps conſeruetur:qui-
bus etiam ne in exterarum nationum principum ue : aut odium:aut inuidi
am : aut contemptum noſtra culpa incidamus / optime cauetur . Ego enim
cum memoria ea repeto : quæ in imperio tuo temperando diuina quadam
ſapientia excogitaſti / quæ etiam per ſummam iuſtitiam adminiſtraſti : quan
ti ſemper fidem feceris : quanti illam apud omnes tuos fieri uolueris : cum
plurima deniq; exempla ſeſe ultro offerant : quibus & ſumma erga immor-
talem deum religio & benefica liberalitas / ac optimo digna principe clemen
tia uniuerſæ Italiæ notiſſima ſit : alterum te Numam libenter agnoſco . In re
autem militari quid aut a natura optare/aut induſtria / arte / uſu / exercitatio
ne aſſequi mortales poſſunt / quod in te exactum perfectumq; non uidea-
mus? Miram profecto rem omnium nationum conſenſu putamus / & quæ
in cunctis ſæculis rariſſima appareat ut uir tot : tantiſq; / ac tam uariis tamq;
difficillimis uirtutibus inſignis reperiatur : cui in grauiſſimis periculis cum de
maieſtate imperii : de libertate / de communi ſalute / de uita deniq; : ac ſan-
guine certatur totius exercitus ſummam tuto committas . Q ua quidem in
re quid potiſſimum de te referam . Non enim uereor ne quid ex iis per adu
lationem dixiſſe uidear : quæ non modo ab uniuerſa Italia celebrantur : ſed
multos etiam ex externis populis / ac nationibus in admirationem adduxe-
runt . Sed qua ratione res tuas geſtas nunc prooemii anguſtiis cohartem : quæ
ne latiſſimo quidem hiſtoriarum campo ſatis pro dignitate ſua explicari poſ
ſint . Tulerunt noſtra ſæcula propter ingens bellorum incendium / quo diu
omnia pene conflagrarunt duces in re militari præſtantiſſimos : cum quibus
uariis temporibus tibi neceſſario certandum fuit : Sed ut multos ommittam
nonne ea de Iacobo Piccinino omnium opinio fuit : ut & ad celeritatem &
ad aſtus paternos grauius ipſe conſilium & non minorem audaciam adhibu
iſſet . Et profecto in eo bello in quo de Apuliæ regno tam ardenti odio di-
micatum eſt ita ſe geſſit : ut a quo non dicam fortunæ beneficio / ſed ui & in
duſtria repreſſus ſit : præter te neminem nominare poſſimus . Exarſerat immor
tali odio in te Sigiſmundus Malateſta : eoq; proceſſerant inimicitiæ : ut alte-

ri ueſtrum aut pereundum/ aut uictori parendum uideretur? Quæ conten-
tio omnium italorum mentes erexerat: & quamuis propter uitæ/ morumq;
ueſtrorum diſſimilitudinem maxima hominum pars tibi uictoriam optaret:
dubius tamen rei euentus omnibus apparebat. Erat enim opinio maximam
auri uim illum poſſidere: exercitum certe florentem habebat. Ipſe autem plu
rimis in re bellica uirtutibus: longoq; uſu dux inſignis cognoſcebatur. De te
autem nihil referam ne dum uera proſequar illum: qui iam uita defunctus
obiecta diluere non poſſit/ nunc deprimere uidear. Illud tamen & æqui & ini
qui fateantur neceſſe eſt te aduerſarii iniuria laceſſitum/ inuitum in certamē
deſcendiſſe: & iuſtiſſimis cauſis impulſum rem magno conſilio ſuſcepiſſe:
maiori animo perfeciſſe. Victoria demum clementiſſime uſum eſſe: ut iam
omnes intelligere potuerint te nihil quam pacem maluiſſe: qui in bello ni-
hil niſi tranquille egeris. Noſti enim tui filios duos cum ii in tuam poteſta
tem perueniſſent: & longa oratione conſolatus ad meliorem ſpem erexiſti/
& multis muneribus honeſtatos: plurimiſq; pollicitationibus ſubleuatos in
columes dimiſiſti: quin & alterum natu maiorem defuncto patre ita om-
ni caritate amplexus es: ut & tibi generum adſciueris: & quicquid de pa-
terno regno reliquum fuerat te duce defenſum conſeruatumq; illi ſit. Qua
enim ſapientia: qua animi præſtantia Ariminum urbem a difficillima obſi-
dione liberaſti: & ualidiſſimas hoſtium copias ita ſuperaſti: ut maxima mili-
tum pars cum ſignis militaribus capta: & omnia impedimenta direpta ſint.
Quo quidem tempore & Alexander Sfortia dux tot bellis egregius: & Na-
puleo Vrſinus uir inter militum ductores celebratiſſimus cum diu uiriliter re
ſtitiſſent: tandem uulnerati ſalutem ſibi fuga acquiſiuere. Sed hæc pauca de
multis. Recordatur enim noſtra ætas quam multis in regionibus quamq; &
ſitu: & locorum natura diuerſis cum uario hoſtium genere collatis ſignis di
micaueris: quam ualidas urbes obſederis: quam multas ab hoſtibus obſeſ-
ſas liberaueris. Quibus in rebus quis unquam aut conſilium tuum in per-
uidendo: aut maturitatem in agendo deſiderauit? Quid enim aut Fabius
Maximus: aut duo Catones/ aut Sertorius: Quid etiam ut externos refe-
ram aut Hannibal aut Mithridates: quorum omnium aſtus in bello geren
do ſummopere laudatur/ uafre unquam uerſute: callide ue in hoſtem ma-
chinati ſunt: quod te in re militari fugerit? Maxime autem laudi in negoci-
is obeundis laborum tollerantiam ducibus fuiſſe uidimus: cum eodem tem
pore & ſummi imperatoris & ſtrenui militis munere fungantur. Qualem
ut alios obmittam & apud romanos C. Marium/ & apud Numidas Iugur-
tham fuiſſe memoriæ proditum eſt. Corporis autem uires: ac robur quis du
bitat eam uim in imperatore habuiſſe: ut rem penitus iam perditam ſæpe re
ſtituerint. Itaq; legimus & Iulium Cæſarem: & duos illos Scipiones: qui in
Hiſpania poſt res a ſe clariſſime geſtas uiriliter occubuere. M. item Marcel-
lum: & apud græcos Leonidam Sparthanum: Themiſtoclem Athenienſem
& Epaminundam Thebanum ſuo exemplo & ſe primos periculis obiectan

do eo exercitum induxiſſe: quo nullis precibus / nullis minis / nullo oratio
nis genere prius impellere poterant. Quæ quidem duo non modo qui fa-
uent uere tibi attribuunt: Sed hoſtes quoq; tui uel inuiti concedere cogun
tur: Sed nos quid agimus? non enim id nobis hoc tempore propoſui ut lau
des tuas proſequerer. Eſt enim hoc maioris & temporis & ocii. Itaq; de acti
onibus tuis hactenus. In ocioſa autem uita & litterarum ſtudio quis non no
uit te a teneris annis ita uerſatum eſſe / ut cum puerilem doctrinam per ſum-
mam a cæteris rebus uacationem mira auiditate combibiſſes: nullum dein-
ceps tam negocioſum tibi tempus fuerit. quin quotidie partem aliquam occu
pationibus ſubtraxeris: & uariarum doctrinarum ſtudiis impenderis. Itaq; cũ
primis temporibus poetas iam optime interpretari poſſes & omnium hiſtori-
arum monumenta euoluiſſes. Cum dicendi etiam præcepta non ſolum tibi
familiariſſima reddidiſſes: ſed diligenter quoq; te in illis exercuiſſes: omni
deinceps cura ad ipſam te philoſophiam conuertiſti: in qua re imitatus ma
ximorum ducum exempla cum legiſſes & Alexandrum Magnum Ariſtoteli:
& Scipionem Aphricanum Panetio ſtoico: & multos alios duces doctiſſi-
mis uiris præceptoribus uſos fuiſſe: tu ſemper homines in omni doctrinarũ
genere præſtantes liberaliter honorificeq; apud te habes. Nam ſiue domi ſis
ſiue peregre / ſiue poſtremo militiæ plurimos ſemper circa te habes qui do-
cte: qui eleganter: qui ingenioſe de rebus maximis diſſerere poſſint: ut eti-
am inter magnorum bellorum ſtrepitus atq; tumultus aſſidue ſint diſputan
tium uoces auditæ: ut nemini iam mirum uideri poſſit: ſi ueluti in pace iu
ſtiſſimum / in bello fortiſſimum / & in utroq; ſapientiſſimum omnes te præ-
dicant: ita & in litterarum ocio doctiſſimum iudicent. Cui igitur potius cum
librum in quo de utroq; uiuendi genere diſputatur dedicare debui: quam
tibi qui ita utrunq; amplexus ſis: ut in utroq; excellas. Verum ut Baptiſtam
ipſum quam primum diſputantem audiamus accipe prius / & id paucis un-
de huiuſcemodi ſermo originem ſibi ſumpſerit. In agrum noſtrum caſenti-
natem cum ueniſſemus ego & Petrus frater tum æſtus uitandi / tum animi
relaxandi complacuit poſtridie in Camaldulam ſyluam aſcendere regionem:
& tibi & uniuerſæ Italiæ antiqua religione notiſſimam / & in qua cum ue-
hementer ſyrius ſæuit: morbos atq; febres (ut eſt apud Homerum) morta
libus ferens uerno & apprime ſalubri cælo per ſummam uoluptatem frui li
ceat. Itaq; cum primum ad cœnobitas: Inde etiam ad heremitas (ut græcis
uerbis utar) perueniſſemus: percepimus paulo ante nos Laurentium medi-
cem cum Iuliano fratre eodem ueniſſe: duxiſſeq; ſecum ex urbe noſtra Ala-
mannum Rinuccinum: Petrum ac Donatum acciaiolos: Marchum Paren-
thium: & Antonium Caniſianum uiros litteratiſſimos: & qui cum a primis
annis uim: copiamq; dicendi exactiſſima arte: & longa exercitatione conſe-
cuti eſſent: uehementi deinceps: ac diuturno ſtudio maximos in philoſo-
phia progreſſus fecerant. Itaq; recta in eam cellulam profecti: in qua itine-
ris difficultate defeſſi requieſcebant: eos ſedentes offendimus: Qui cum

nos nihil tale expectantes intuerentur : ſubito gaudio affecti ſtatim ſurrexe-
runt/atq; poſt illa : quæ familiariſſimi primo congreſſu dicere conſueuerunt
nihil o Landine inquit Laurentius nobis exoptatius euenire potuit : quam
quod nos in huiuſcemodi ſolitudine offenderes : nam cum hos aliquot di
es : quibus intenſiſſimis caloribus omnia exuruntur ab urbanis curis : tediiſ-
q; in hanc amœnitatem eo conſilio profugiſſemus : ut horum montium cõ
temperatiſſimo cælo frueremur : & in aliqua animi uoluptate uerſaremur :
ſpero ſi his te philoſophis adiunxero nullum nos iocunditatis : ſuauitatiſq;
genus eſſe deſideraturos : Ad quæ cum ego iam reſpondere cœpiſſem : ſubi-
ta res orationem interrupit. Nunciatum enim eſt Leonem BAPTISTAM
Albertum paulo poſt affuturum. Venerat enim nuper Roma : & cum uia
aretina in fighinenſi apud Marſilium Ficinum uirum noſtra tempeſtate in
ter Platonicos facile principem diuertiſſet : ſtatuerunt communi conſilio nõ
prius Florentiam ire : quam totam caniculam inter caſentinatia tempe decli
naſſent. Hi igitur iam ad cœnobium deuenerant : dimiſſiſq; equis lento paſ
ſu una cum Mariotto Camaldulenſi antiſtite uiro & religione & doctrina
probato ad nos aſcendebant : ad quod nuncium ſubita omnes lætitia affe-
cti : & ſimul ardore ſummo adeundi & colloquendi incenſi obuiam proce
dimus : congredimur : conſalutamus. Reliquum eius diei/ ad occaſum enim
iam ſol deſcendebat : in Baptiſtæ ſermonibus conſumimus. Erat enim uir
ille omnium : quos plura iam ſæcula produxerint omni humanitatis : ac ſa
lium genere cumulatiſſimus : Nam quid de litteris loquar : cum nihil om-
nino extet : quod quidem homini ſcire fas ſit : in quo ille ſcienter : pruden-
terq; non uerſaretur. poſtero igitur die cum iam omnes conſurrexiſſemus :
ac ſacris interfuiſſemus : placuit ualitudinis uoluptatiſq; cauſa per ſuperio-
rem ſyluam ad montis iugum pertinentem deambulare : paulatimq; eo de-
uentum eſt : ubi in florido prato perſpicuum fontem tenſis ramis patula fa
gus integeret. Hic Baptiſta : En uobis inquit optimi uiri arbor ipſa & ri-
uus ſuaui murmure e fonte decurrens platani/ aqulæq; Socraticæ imagi-
nem refert. Sedilia autem quæ undiq; cernitis a natura quidem incohata :
paſtorali autem opera paululum elaborata commodiſſime nos recipient : ut
poſt hanc per accliuem locum deambulatiunculam percommode requieſca-
mus : ac poſtquam reſedimus : perbeatos quidem inquit eos puto : quibus
cum litterati ſint : & ſi non ſemper : ſæpe tamen numero aut compoſitis/aut
in aliud tempus reiectis publicis : priuatiſq; curis ea ſe ratione in aliquam ſo
litudinem conferunt : ut quemadmodum apud noſtros theologos eſt relicta
Martha : iiſq; fluctibus in quibus ſemper illa æſtuat in Mariæ tuto : tranquillo
q; portu conquieſcat : Cuius ex altiſſimis ſcopulis ueluti excelſa quadã ſpecu-
la non ſolum terras mariaq; deſpiciat : Verum multo ardentius cælos ipſos ſu
ſpiciat. Atq; aliis illis platonicis recupatis uti alter Zetus mundũ hunc ſupiorẽ
uniuerſũ circũuolet. Quod & ſi litteratis oĩbus faciendũ ſepe ſit : uobis tamen
LAVRENTI Iulianeq; ſæpiſſime facere æquiſſimum eſt. Videtis enim uniuer

ſam rei.p. molem propter ingraueſcentem parentis ueſtri morbum iam ue
ſtris humeris ſubſtinendam : Ad quam quidem rem & ſi perſpicua appare-
at in te uirtus LAVRENTI : diuinumq́ potius q̄ humanum putandum ſit :
quod in tuis adoleſcentiæ annis nulla neq́ tanta neq́ tam ardua res ſit : qua
& ſenili prudentia concipere & inuicta animi magnitudine aggredi non poſ
ſis. Q uāuis ea ætate florens : quæ omni cupiditatum genere ſemper æſtua
re conſueuerit : quāuis ea fortuna : eaq́ rerum omnium licentia conſtitu-
tus / in qua magnos ſæpe uiros & diuturno uſu egregiis uirtutibus illuſtres
ex firmiſſimo gradu excuſſos uideamus : tu nunquam modeſtiæ fines tran-
ſieris : tamen & tua & rei.p. permulti intereſſe arbitror : ut cum tu illam ad-
miniſtrandam breui ſuſcepturus ſis : uel ac potius magna iam ex parte ſuſce
peris : quodcunq́ ocii publico negocio ſubtrahere licuerit id omne huc con
feras : & procul ab urbanis tumultibus uel tecum ipſe uel potius cum hu-
iuſcemodi doctiſſimis iiſdemq́ tui amantiſſimis uiris ea inquiras / ac diſpu-
tando aſſequaris : quibus animi noſtri in ſuæ originis : ac diuinitatis cogni-
tionem inducuntur. Nemo enim nec ſe : nec rem publicam recte adminiſtra
bit : niſi prius & iis uirtutibus : quæ uitam moreſq́ emendant animum ab
omni corporea labe expiauerit : & iis quæ rerum maximarum cognitionem
præbent illum iam purgatum ita illuſtrauerit : ut quid ipſe quid reliqui ho-
mines ſint : ad quam rem a ſummo deo producti recte nouerit. Q uam qui
dem cauſam diuinum illum Platonem mouiſſe puto : ut quāuis in cæteris pe
ne rebus omnibus nihil audeat affirmare : tamen hoc ſine ulla dubitatione
ſentire uideatur / eas res publicas tum demum beatas futuras : quas aut phi
loſophi adminiſtrauerint : aut qui adminiſtrant philoſophari cœperint. Pergi
te igitur optimi adoleſcentes. Nam cum parentis auiq́ ueſtri diligentia effe-
ctum ſit : ut ab ipſa pene infantia ita in litteris enutriti fueritis : ut illas una
cum nutricis lacte ſuxiſſe uideamini. Cūq́ iam eo progreſſi ſitis : ut minime
ſit pœnitendum. Cum poſtremo acutiſſimum ingenium / maturiſſimumq́
iudicium / & naturæ beneficio / & ueſtra exercitatione in uobis eluceat : facile
quo intenderitis poteritis peruenire. Tunc LAVRENTIVS : ſapienter tu qui
dem inquit / ut etiam pro fratre meo reſpondeam / & omnino paterne nos
admones : Itaq́ ut cernas quanti præcepta tua faciam : petam a te : ut poſt-
quam de hoc uitæ inſtituto / quæ in rerum magnarum inquiſitione colloca
ta eſt / mentionem feciſti / pergas quæſo & mihi fratriq́ ſciendi cupidiſſimis
rem uniuerſam latius explices : Nam quāuis omnis ratio humanarum actio
num ſiue te ipſum inſtruas : ſiue rem familiamq́ cures : ſiue poſtremo pu-
blica munera attingas : ad normam earum uirtutum dirigantur : quas de ui
ta & moribus nominamus. Illas autem uſu & conſuetudine maxime aſſequa
mur : tamen cum quæcunq́ a Platone dicuntur : ea mihi ex ore Marſilii :
qui præter omnes tanti philoſophi mentem tenet : iam omni oraculo uerio-
ra uideantur ardentiſſime ſcire cupio quid id ſit quod tu illo auctore ab iis qui
in ueri inueſtigatione uerſantur rei publicæ gubernatori mutuādū eſſe cēſebas.

Noſi igitur cum ſemper tu quidem aliquid ex te quærentibus facilis liberaliſq; fueris : hodie nobis præter ingenium moremq; ſuum difficilem te præbere : Cum præſertim & locorum amœnitas : & diei hora : & ſuauiter frigentis aures ſpiritus non modo hoc ferant : ſed ultro poſtulent : labentis autem riui murmur & uariarum auium cõcinnentes uoculæ blandius inuitent. Quæ cum dixiſſet Laurentius:nos autem omnes adoleſcẽtis ingenium admirati rem uehementer approbaremus. leniter arridens BAPTISTA: minoris iã mallem inquit apud te auctoritatis eſſe quam tam ſubito quanti me facias oſtenderes in ea præſertim re quæ multo magis accuratam inueſtigationem poſcat : quam noſtra huiuſcemodi ruſticatio ociandi potius quam diſputandi cauſa ſuſcepta præbere poſſit. Perdifficilis enim quæſtio eſt : quæ neq; a doctiſſimis uiris ex temporanea diſputatione : neq; ruiſus a minus doctis quibus me annumerari patior/niſi poſt diuturnam meditationem facile explicari poſſit. Verum ego quo iam ore ætati tuæ quicquam denegem: cui etiam qui minus noti ſunt & magis duri homines in tam ardentiſſimo rerum diſcendarum ſtudio fauere cogantur. Et profecto cum a multis qui quotidie ad nos Romam ueniunt conſtantiſſima fama audiam te iam diu animum induxiſſe omnes qui(modo aliqua doctrina excellant) omni honorum ac premiorum genere honeſtare: multoſq; iam operam ac liberalitatem tuam expertos eſſe: uidear non durioris ſolum uerum etiam ingrati hominis crimen ſubiturus: ſi qui de litteratis optime meritus ſit eum ego quicquam deſiderare permittam. Adde quod cum paulo ante te ad huiuſcemodi diſputationum genus cohortatus ſim : & boni uiri & amici hominis officium deſeram : ſi honeſtiſſima cupientem fruſtra cupere permittam. Rem igitur aggrediar non tam perficiendi ſpe erectus : quam recuſandi pudore coactus: Malo enim dum tibi obſequor ab his qui aſſunt doctiſſimis uiris prudentiam meam requiri/quam ſi contra faciam in humanitatem accuſari:Et quoniam id quæris ita de utroq; uitæ genere diſputandum cenſeo : ut primo ſingula ſeorſum proſequar. Deinde ea ita inter ſe conferam: ut quãuis in hac qua uiuimus uita eum tum demum abſolutiſſimum credamus: qui utrunq; coniunxerit: tamen utrum excellentius ſit in primis appareat. Atq; ut in conſpectu tantorum philoſophorum: philoſophum ſapere uideat huiuſcemodi ſumatur exordium. Animam uitæ principium eſſe ea ſola ratione qua eſt non modo doctiores manifeſtis argumentationibus conuincunt. Verum etiam omnes modo integri ſenſus aſſint ipſis pene oculis intuentur: cum autem aut aliquid prudenter iuſteq; : ac fortiter & temperate de iis rebus agimus: quæ ad communem uitam pertinent : aut mentem a ſenſibus ſeuocantes diuinum quippiam & immortale ſuſpicimus ac ſpeculamur : iam non ea ratione qua anima eſt: ſed qua uim ad huiuſcemodi uires aſſequendas habet id poſſe illam dicimus. Quapropter cum ad recte agendum : & ad uerum inueſtigandum natura producti ſimus: placuit doctoribus: ut ſunt hæc duo humanæ uitæ munera/ſic duo ui-

uendi genera ponere: Sunt iſta inquit LAVRENTIVS præclariſſima. At ſi
quis tamen nunc me roget ſint ne alia quoqꝫ munera: quæ humana animā
obeat præter hæc quæ dicebas? Reſponderem eſſe & quidem plura: Fungitur il-
la plurimis inquit BAPTISTA dum in corpore eſt. Sed te non fugit cum
de uita hominis inueſtigamus id tantum requiri: quod quidem ita ſuum
ſit ut ſoli homini aſſit: Alii præterea nemini. Quod igitur ſuum alicui dice-
mus niſi id in quod maxime pronum propenſumqꝫ ſit? Eo enim aliquid ui-
uere dixerunt quod & ſuum ſit: & ad quod ſua ſponte prolabatur: Hoc ſi
ita eſſe uolumus: nunquam iccirco hominem uiuere dicemus: quia aut cor-
pus alat: aut ex tantillo ad iuſtam magnitudinem erigat: aut alium ſibi ſimi-
lem producat: Hæc enim uitæ munera non ſua: ac propria ſunt: ſed cum ſe-
getibus arboribuſqꝫ communia: neqꝫ rurſus quia aut ſentiat aut moueatur.
Qui enim hoc a brutis differt? Sed quia intelligit quod quidem a mente ha-
bet: cuius cum ab homine diſceſſeris nullum animans particeps inuenias. Mē-
tis autem eſt & ratione agere: & uerum ſpeculari. Quapropter reliquis uitæ
muneribus quæ non magis noſtra quam cæterorum animantium ſunt exclu
ſis uitam hominis: qua ratione homo eſt in agendo ac ſpeculando uerſari di
cemus. Nam quod nonnulli tertium quoqꝫ genus quod a uoluptate pende
at ad duo illa addere nituntur: uehementer errare uidentur. Nam quamuis
plæriqꝫ mortales: aut ſomno uentriqꝫ dediti: aut Venereis illecebris delini-
ti: & humi ſemper proni nihil altum ſuſpiciant non uideo cur hominibus
potius quam pecudibus annumerandi ſint. Corporeas enim uoluptates qui
bus ſenſus titillantur: quoniam non a mente ſunt: ſed ab ipſis ſenſibus cur
homini potius quam cæteris animantibus adſcribendas putemus? Quo-
niam igitur ſola mens noſtra eſt nos niſi a natura degeneremus: ita illa du-
ce uiuemus: ut omnia noſtra ſtudia aut ad uitæ neceſſaria dirigamus: & nō
nobis ſolum: ſed quoniam ad cœtum ſocietatemqꝫ nati ſumus/parentibus:
liberis: amiciſqꝫ omnibus conſulamus: iuſtumqꝫ ac rectum colamus: aut cu
ris actionibuſqꝫ ciuilibus uel abiectis/uel ad aliud tempus reiectis ad ueri ſpe
culationem erigamus. Quapropter aut agimus quippiam/aut meditamur:
neqꝫ me mouet quod nonnulli nimis cauilloſe nobiſcum agendo negant
ſpeculationem uiuendi genus eſſe. Dicunt enim uitæ nomen præ ſe mo-
tum quendam ferre. Speculationem uero ipſam inquiete magis quam in
motu collocari. Quod & ſi minime inficiar: præſertim cum ſit illud in li-
bro qui ſapientiæ inſcribitur: Intrans in domum meam conquieſcam cum
illa: quis tamen non uiderit: & ſi dum in inueſtigatione rerum uerſamur ab
externis motibus uacare neceſſe ſit id nihilominus ſine aliquo motus gene-
re perfici non poſſe. Relinquitur ergo quoniam non reliquorum animan-
tium: ſed hominis uitam inquirimus eam aut in agendis rebus/aut in ue
ri cognitione uerſari: atqꝫ ita in utroqꝫ: ut ſi directa ratione fiat: & im-
mortali deō rem gratam faciamus: & de humano genere optime mereamur.
Quæ quidem res tū apud priſcos poetas/quos in antiqua religione Theolo-

gos fuiſſe conſtat : tum apud noſtros firmiſſimo omnium conſenſu approbatur : Verum ut reliquos omittam non ne Maro cum uita functis præmia quædam ſempiterna proponat hæc profert inuentas aut qui uitam excolue re per artes. Laudat igitur eos qui diuturna inueſtigatione uarias diſciplinas atq; ſcientias excogitarunt : aut iis quas alii iam excogitarant/non parua additamenta attulerunt. Sed ut ne alterum uitæ genus inhonoratum relinque ret & rectas actiones ſic proſequitur : Hic manus ob patriam pugnando uulnera paſſi : Q uiq; ſacerdotes caſti dum uita manebat : Q uiq; pii uates & Phœbo digna locuti. Nam quod ad chriſtianos attinet res ita in aperto ſita eſt : ut probatione non egeat. Nam & in priſcis hebræorum litteris ſub Rachelis: & in iis quæ a Chriſto fluxerunt ſub Mariæ nomine ſpeculationem expreſſam / atq; rurſus illic per Lyam : hic uero per Martham actionem demonſtratam uidemus. Vtrunq; igitur uiuendi genus ita noſtrum eſt : ut ſiue in hoc : ſiue in illo excelluerint homines / eorum uitam multis laudibus proſequamur. Verum quoniam res omnes (fine) maxime inter ſe diſcernuntur : quis non uiderit ueluti in agendo rectum æquumq; nobis proponimus: ſic omnem inueſtigationem ad uerum referri? Verum hæc plurimis gradibus ſuo ordine aſcendens ad ipſum uſq; dei incorpoream diuinamq; eſſen tiam intuendam paulatim euadit. Videmus enim quãuis exiguus illorum numerus ſit : ſed uidemus tamen nonnullos : qui quibuſdam ueluti umbris atq; imaginibus eorum : quæ in ſenſus noſtros cadunt admoniti cæleſtium rerum tam ardenti amore inflãmantur : ut relictis curis negociiſq; om nibus cum hactenus ſenſu corpora & imaginando corporum ſimilitudines percepiſſent / deinceps ipſa ratione corporum naturam : intellectu incorporeos quidem : ſed tamen creatos ſpiritus ac demum intelligentia id quod increatum eſt intueantur : Mirificus omnino progreſſus & per quem iis quæ diximus additamentis / animus noſter paulatim ex modeſtiſſimo corporis carcere ſe ſubtrahens : & ad ſupera erectus ex infima materiæ fæce ad diuini tatis uſq; culmen aſcendit. Q uapropter uere uniuerſum locum conclude mus. ſi contemplandi munus circa uerum uerſari dicemus: quando quidem uero ipſo mens humana perficitur atq; abſoluitur. At dices fortaſſe erit ne in quo uis genere ueri? Erit quidem præcipue tamen ſi circa dei cognitionem uerſabimur. Hunc enim ſibi ueluti extremam ſui curſus mœtam propo nit noſtra inueſtigatio : quo omnes actiones : atq; cogitationes humanæ refe runtur : quo cum perueneris : nihil ſit quo ulterius progrediaris. Illic enim ultimum illud atq; extremum idemq; ſummum bonum deprehendimus : quod omnes duce natura cupimus. pauci remotis errorum ac inſcitiæ nebulis intelligunt : quod deniq; non ſolum chriſtiani prædicant : Sed multo ante natum Chriſtum Ariſtotelici : ſed longe ante alios Platonici intellexerunt. Cenſet enim diuinus Plato animos noſtros poſtquam ex dei ſinu in hanc ultimam fæcem deciderunt: uel potius ad hanc infimam mundi partem exor nandam detracti ſunt ex tam excelſo ac præcipiti caſu ad lõgiuſculum tempus

attonitos: & ex ſyluæ quam ingreſſi ſunt tumultu ſtupidos & ueluti ebrios perſiſtere: donec paulatim diuinitas quæ in illis eſt ſeſe excitans: in aliquam memoriam quãuis obſcuratam redeat: a qua ſummo ardore diuinarum rerum incenſa illas recognoſcere nititur: iuſtitiaq; ac religione ueluti duabus alis ſuffulta ſe in altum erigit: atq; dei lucem quo ad animi acies contagione corporis hebetata patitur non ſine ſumma uoluptate intuetur. At uero cum iam omni mortalitate exuti fuerint animi noſtri & in ſimplicem ſuam naturam reuerſi: tum demum diuturnam ſitim dei cognoſcendi non modo ſedare ſed penitus extinguere licebit. Sed redeo ad hominem id eſt ad id animans: quod cum animo corporeq; conſtet: ualet animi robore corporis imbecillitatem aliqua ex parte ſuperare. Nam a ſenſibus mentem abducens ſua ſapientia erectus: ac plurimis doctrinis inſtructus earum rerum quæ paulo ante dixi cognitione eo paulatim deducitur ubi tandem ambroſia nectareq; alatur. Quod cum dicit Plato quid aliud intelligit niſi cognitione dei & uoluptate quæ inde percipitur illum frui. Hoc enim &ſi maxime per eas uirtutes quæ a mente ſunt aſſequatur. Intelligentia enim principia rerum: ſcientia uero progreſſus effectuſq; a principiis manantes: ac poſtremo ſapientia utrũq; percipitur: tamen niſi omnium perturbationum genere uacemus fruſtra hæc tentabimus. Quo modo enim corporeis uoluptatibus deliniti: aut auaritia oppreſſi: aut ambitione turgidi quicquam altum: aut egregium cogitare poterimus? Quapropter eas quoq; uirtutes adhibendas cenſent quibus animi noſtri ab omni uitiorum ſorde expurgantur. Atq; ita adhibendas ut inde initium ſumamus. Nam ſi (ut eſt apud Platonem) purum impuro attingere nefas eſt. Si in euangelio Beati mundo corde: quoniam ipſi deum uidebunt: profecto fruſtra huiuſcemodi inueſtigationem tẽtabimus niſi eo mentem omni labe abſterſam attulerimus: Eſt enim uirtus uitium fugere & ſapientia prima ſtultitia caruiſſe: Quæ cum rectiſſime ab Oratio dicantur: idem profecto uidit Oratius: quod multis ſæculis antea ſiue poeta ſiue propheta Dauid in pſalmo egregie expreſſerat. Citat enim qui ſic roget. Quis aſcendet in montem domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Cui hæc interroganti ſtatim reſpondet: Innocens manibus & mundo corde. Quapropter qui non manum ſolum ſed & mentem a uitiis cohercebit: is idoneus erit qui montem domini aſcendat. Immobilis enim illic quies qua ſola beati eſſe poſſumus non in aſcenſu: ſed ubi aſcendendo ad ſummum uenens: Non datur igitur quies niſi prius laborauetis. Nec in plano montis iugo unde cuncta conſpiciantur commode reſidebis: niſi prius per abruptas rupes ſubrependo ſummum attigeris. Video iam quid agas inquit LAVRENTIVS: & te ſummum bonum in iis actionibus: quas ad earum uirtutum: quæ de uita & moribus nuncupantur: normam dirigimus nullo pacto ponere animaduerto: Sed hæc tu fortaſſe paulo poſt explicatius: Interim autem quoniam in ſpeculandi ui conſiſtimus percupiam/niſi tibi fortaſſe aliter uideatur mihi quid de re tota ſentias diligẽtiſſime a te explicari. Video enim nõ parum apud

doctiſſimos dubitatū in mente ne an in uoluntate potius res collocāda ſit: Quin
tanta inquit BAPTISTA apud illos cōtrouerſia eſt tantaq; diſcordia ut in extre
mum adducant certamē: & ſæpe collatis ſignis prælīū de eo ineant: ac poſtremo
tam dubio marte diſcedunt: ut nō facile cernas quo uictoria inclinauerit. Vtrūq;
enim ſeſe offert quod tueri poſſe uidearis. Si enim uerū ueluti finē in ſpeculatio
ne proponimus: qs neſcit uerū ſoli intellectui ſubiacere. Quapropter rhachelē
quā ſpeculationis ſymbolū ponunt/principii uiſionē ii qui hebraice norūt inter
pretant. Rurſus autē quoniā qui ſpeculant ad uerū cognoſcendū omnibus uiri
bus intendunt: omnis autē quæ in nobis excitat cōtentio a uoluntate pficiſcit
non iam in mente ſed in uolūtate res poſita uidet. ſed ſunt qui ueluti honorarii
arbitri tātā litē dirimere: & cōtrouerſiā cōponere nitant. Et pfecto ſi ipſius actio
nis eſſentiā intueare: ſine ulla dubitatione ad intellectū referes: Sin uero id quo
ad actionē mouemur diligentius expēdas: illud ad uoluntatē referēdū cenſebis.
Voluntas enim nō ſolū reliquas animoꝝ uires ſed ipſam quoq; mentem mouet.
Accendimur enim eo appetitu qui rationi obtēperat/& quē oēs philoſophi uo
luntatē nuncupant ad ueri cognitionē: qua quidē in re nihili intereſt cognoſcen
di ne cupiditate id eueniat/an ea uoluptas quæ ex cognitione percipit eodē tra
hat. Hinc aūt exorit cogitatio: hinc meditatio excitat. Hinc contēplamur; hinc
admiramur: hinc deniq; per ſummā diligētiam ſpeculamur: Quæ omnia quāq̄
eodem tendūt: tamē ſingula quid ſibi uelint diligentius explicabo. Cogitat igit
mens cū plurima in unū cogit/ut mox reliquis ueluti falſis inde ſemotis uerum
tandē eligat. Cum enim plurima ſe undiq; offerāt: quæ quoniā uero ſimilia ſunt
animū in diuerſas partes trahunt: neceſſe eſt ut huiuſcemodi illi malo remedium
ſapiens adinueniat. Quapropter ea primum ueluti in aceruum coniicit: ac dein
de ratiocinando reliquis paulatim refutatis id ſolum relinquit: quod quia confu
tari nequit uerum eſſe deprehenderit. Vides igitur quia hæc in unum cogantur
huiuſcemodi mentis actionem cogitationem appellari: Quod idem ſimili qua
dam ratione putare dicimus. Putare enim purgare eſt: Inde putare arbores quod
remotis ſuperfluis puræ reddantur/Inde aurū purū id eſt purgatum: Inde diſpu
tare cū id rationis genus adhibemus in quo nequid cōfuſum obſcuratūq; reddat
pura/& quæ dilucida ſint ponuntur uerba. Sed ut ad primum redeam / dicemus
cogitationem habere plurimarū rerum inſpectionem. In meditatione uero pro
greſſus quidam deprehenditur rationis ab hiis principiis quæ ad ueri ſpeculatio
nem contingunt profectus: in quo ineſt quædam exercitatio: Qui enim medita
tur ueluti curſor ab ipſorum carcere principiorum ad metas uſq; cōcluſorum ar
gumentationum decurrit: Quod autem exercitationem exprimat hoc uerbum
apud latinos/teſtis eſt Maro. Ait enim In achiæ peſtem meditata iuuencæ. Teſtis
Iuuenalis: Tuſcus marmorea meditatus prælia uilla. Videmus enim uerbū e græ
co uerbo deductum: Cum ipſi quoq; meletam in eadem notione accipiant. Con
templationem uero uideo a noſtris diffinitam perſpicacē & firmū animi in ueri

cognitione inuitum: cuius uerbi ſi originem quæras nõ fugit te templum priſcos latinos id ſpatium in cælo dixiſſe: quod augures ad auguria captanda lituo deſignabant: & a quo donec auis ingrederetur nuſq̃ aciem detorquebant. Quapropter ex huiuſcemodi firmiſſimo ad templum obtutu contemplari eos dicimus: qui in re inueſtiganda affixi hærent. Admiratio autem ut iam ad hanc tranſeamus ſtupor dicitur: qui ex eius rei perceptione prouenit: quæ noſtram facultatem excellat. Eius enim inueſtigationis: qui id comperimus quod hactenus ab opinione noſtra uehementer abhorreat comes plerũq; ſolet eſſe admiratio / Sed de reliquis hactenus. Speculari autem ſi diuũ Auguſtinum audias a ſpeculo deductũ putabis. Euenit enim uerum noſſe cupientibus/ut in iis qui a cauſis manant effectibus ita ueritatis ſimulachra quædam intueamur: ut in ſpeculo corporum imagines intuemur. Habes de uerbis. Quod autem actionem ſpeculandi motũ appellamus: non ſic uelim accipias / ut hæc contra eos dicta uideantur qui non in motu ſed in quiete ſpeculationem ponunt. Dicimus enim illam motum quidem eſſe: ſed ea ſolum ratione qua motus rei iam abſolute atq; perfecte actus dicitur. Nam cum per ea quæ ſenſibus percipiuntur ſibi ad ea quæ ſola mente percipi poſſunt aſſequenda uiam reperiant animi noſtri/actiones autem ſenſuũ ſine motu non ſint: placuit has quoq; ad quas per illas deuenitur motus appellari. Poſſem plurima de motu hoc in loco referre: ea præſertim quæ tum a Dionyſio tum a plæriſq; qui illum ſecuti ſunt chriſtianis theologis acutiſſime dicuntur. Sed hæc fortaſſe minus a uobis deſiderantur. Quapropter reliqua proſequamur. Imo iſta in primis inquit LAVRENTIVS. Quid enim a Dionyſio omni humana atq; diuina doctrina exculto afferri poteſt quod non ſit ſumma induſtria perdiſcẽdũ: Geramus igitur tibi morem inquit BAPTISTA. Et quoniam de huiuſcemodi motu dicendum eſt: uideo triplicem eſſe illum animis noſtris attributum rectum orbicularem/& qui ex utroq; iſtorum conſtat obliquum. Eſt autẽ rectus in nobis motus cum in actionibus ad mentem ſpectantibus ab alio in aliud progredimur. Sin uero ita mouemur ut una eademq; ac ſimplex mouendi forma ſit circularem motum eſſe dicunt. Eſt enim circuli natura ut eodem ſemper interuallo diſtans circa centrum moueatur. Si uero huiuſcemodi motu aliquid admiſcetur: quod etiam ad diuerſa progrediatur: quoniam a priori degenerat: non iam orbicularis: ſed obliquus erit. Quanq̃ igitur motus corporei qui ex hiis proueniunt quæ animum externæ feriunt ſpeculationis/quietem interturbant: motus tamen quos modo dicebam non modo non perturbant: ſed uehementer augẽt. At dices ſunt ne idem motus animorũ noſtrorũ qui & ſeparatarum eẽntiarum quos noſtri angelos appellant: priſci uero modo dæmonas: modo etiam deos nuncuparunt? Minime. Diximus enim rectum motum in hominis animo: cum ab iis quæ externe ſenſus feriunt ad ea quæ ſola mente percipiuntur progredimur. Angelus autẽ neq; ex uarietate rerum cõpoſitarum: neq; rurſus quia ratiocinãdo paulatim progrediatur mẽte uerum aſſequitur. Sed quicquid ualet: id omne ſimplici/ut ita lo-

quar/intuitu ualet. Aſſiduo enim atq; eodem ſemper modo ſine ullo principio/ſine ullo fine quãdiu eſt deum intuetur. Qua etiam forma circulus circa cẽtrum ſemper mouetur: ergo non recto ut homo: ſed orbiculato motu deum cognoſcit. Quo a principio animi noſtri circum agi nequeunt. Neq; enim antea eo perueniunt ubi eandem ſemper formam in ſe mouendis adhibeant: quam & motu ille rectus: & qui per progreſſum ratiocinationis eſt penitus ceſſet. Quibus iam ceſſantibus tum demum immobili intuitu diuinarum rerũ cognitioni ita adhærent: ut nullo alio motu agitentur: in quo nullus eſt error: quemadmodum neq; circa principiorum cognitionem erramus: quoniam ſimplici intuitu illa cognoſcimus. Hoc ergo motu agitati angelis coæquamur: & a duobus illis ſuperioribus conquieſcimus: At dices non ne & angelis illos tribuit Dionyſius? Tribuit quidem ſed alio quodã modo. Rectus enim in angelo non is appellatur quo ratiocinando ab alio in aliud progreditur: ſed quo certo prouidentiæ ſuæ ordine ſuperior qui eſt inferiores ſuo lumine illuſtrat. Nos autem recto motu primo ad ea progredimur quæ ſunt circa nos. Deinde uero ab externis quæ ſenſus feriunt ad incorporea mente noſtra cognoſcenda erigimur. Sed neq; in obliquo cum illis conuenimus. Eſt enim in angelis obliquus: ut ſecundum diuinorum ſpeculationem inferioribus cõſulãt. Sed de angelis alias. Quod uero ad nos pertinet: ſi ab iis quæ ſenſus feriunt ad ea quæ mente precipiuntur duce innata nobis ratione progrediamur: recto motu ferimur: Sin autem diuino quoq; lumine irradiemur nõ iam recto ſed obliquo mouemur: Nam de orbiculari nemo dubitat: quin ad eum ſola ut ita loquar immobilitas pertineat. Sunt itidem qui ſuperne inferneq; moueri animos dicant: cum a genere ad formas aut cõtra mouemur. Itẽ dextrorſum & ſiniſtrorſum: ſi ab uno oppoſitorum ad aliud progrediamur. Mouemur deniq; a fronte: mouemur a tergo/cum a cauſa in id quod a cauſa efficitur: aut rurſus ab eo quod iam cauſa effecit ad cauſam redimus. Hæc fere dicuntur de eo genere uitæ/quod in inueſtigatione ueri poſitũ eſt. Quod uero in agendo uerſatur: id ſi ab eo uiro aſſumetur: in quo perſpicax ingenium: maturumq; conſilium appareat: cuiuſq; animus aduerſus omnia pericula ſeptus: aduerſus libidinem moderatus exiſtat. Qui nihil niſi iuſte pieq; cogitet/egregium quiddam ꝑfecto erit/& uere homine dignum. Cum enim non nobis ſolum nati ſumus: ſed multo etiam magis ut humanæ ſocietati inſeruiamus: quibus iam laudibus eum proſequemur: qui aut circa rem familiarem & domeſticam ita uerſatur: ut omnia quæ ad uictum cultumq; pertinent abunde ſeruata modeſtia aſſint: ut liberi: cæteriq;/quos in tutela habet ingenue erudiantur: ac omnibus bonis artibus excolantur: ut patrimonium amota omni auaritiæ ſuſpitione ſumma cura: ac diligentia augeat: quo quidem præter eos quibus neceſſario ſubuenire oportet: reliquis quoq; opem ferat/& priuatim liberalitate in ciues: hoſpitalitate in peregrinos utatur. publice uero aut magnificentia operum/ac munerum ſplendori: aut tributorum collatione utilitati eſſe poſſit. Cum autem ad rei publicæ adminiſtra-

tionem ſe conferat ita omni genere uirtutum excultus/omni eloquentia ornatus ſit: ut ſemper ſalutaria ac honeſta de re publica ſentiat: & quæ ſenſerit aliis diſerte copioſeq; ſuadeat: qui neq; uim hoſtium/neq; iram ſeditioſorum ciuium reformidet: ſed & illorum impetum omnibus animi ac corporis uiribus arceat: horum autem impios furioſoſq; conatus ſumma libertate refringat. Qui deniq; & religionem colendam & ius æquumq; ſeruandum & uniuerſam ciuitatem intra modeſtiæ fines coercendam curet. Atq; ut hæc perficiat: nullis laboribus: nullis periculis/non deniq; uitæ ipſi parcat. Qui igitur ſic uixerit ſic egerit: nonne eum tum hominis officio functum: tum optime de mortalium genere meritum dicemus? Quo in loco uehementer illos ad mirari cogor: qui dubitabundi inquirunt poſſit ne recte quiſq; hæc adminiſtrare ſine iis quæ de uita & moribus nuncupantur uirtutibus. Quibus remotis quæ recta actio in nobis relinquetur: aut quid omnino quod noſtrum dici poſſit: quodq; non ſit potius cum pecudibus commune? Quid enim aliud quærimus cum agendi rationem quærimus: niſi quales hominis in uita ſociali degenda actiones eſſe oportet: quæ niſi iuſte: niſi fortiter: niſi temperate fiant: quæ eſſe poſſunt non intelligo. Sed eadem ratio prudentiæ: eſt quæ niſi ueluti optima gubernatrix ad temonem ſedeat: curſumq; uitæ in tranquillum tutumq; portum dirigat: in mediis perturbationum fluctibus ac procellis obruamur: neceſſe eſt. Quin & illud audebo dicere neminem: aut ſe domumq; ſuam aut rem pu. recte adminiſtraturum: qui omni penitus doctrina expers fuerit. Quo enim pacto aut quid ſit ſummum hominis bonum: aut quo modo id acquiratur cognoſcam/& hominis ſimul & rerum natura ignorata: Religionem autem quis recte colet: qui nulla ex parte rerum diuinarum cognitionem attigerit. Non erit igitur expers earum rerum qui rei publicæ præeſſe uolet. Fateor tamen difficile eſſe illarum exactam omnino cognitionem habere eum uirum qui aſſiduis priuatis publiciſq; negociis occupetur. Quam cauſam fuiſſe non ignoro cur lyam quæ actionis ſymbolum in hebræorum litteris obtinet lippam dixerint. ſed omnino fœcundam: quia dum circa plurima diſtrahitur: minus hæc ſuſpicere ualet. Verum cum de multis bene merita ſit: plurimos ueluti liberos ſuo ſibi beneficio deuincit. Vides igitur minime contemnendam eſſe uitam quæ in agendo uerſatur. Maxime enim naturam humanam contingit/ſuaq; induſtria/ſuiſq; laboribus mortalium genus inter ſeſe ſuaui uinculo colligat/& ut iuſtitiam ac religionem colat efficit. Verum cum mens noſtra/qua ſola homines ſumus/non mortali actione/ſed immortali cognitione perficiatur: in qua ultimum illud quo omnia referuntur: cuiuſq; cauſa omnia fiunt/ipſum autem propter ſe expetitur collocatum ſit/quis non uiderit ſpeculationem eſſe longe anteponendam. quæ cum in hunc fere modum Baptiſta dixiſſet: & ipſe oculis eodem obtutu defixis ueluti is qui longe plura mēte peruolueret quam uerbis expreſſiſſet: ad longiuſculum ſpatium tacitus conſedit. Et nos qui aderamus tantis ex tam multiplici hominis doctrina ſtupor inuaſerat: ut potius ea quæ hactenus audieramus

nobiſcum : & inter nos repeteremus : quam quicquam præterea interrogaremus. LAVRENTIVS autem ut eſt ingenio acerrimo / & cuncta diſcendi cupidiſſimo non ille quidem ut ſe oſtentaret : ſed ut Baptiſtæ de re tota ſententiam eius dictis ſeſe opponens planius eliceret ſilentium tandem noſtrum rumpens ſic Baptiſtæ orationem ſubſecutus eſt. Quanquam & eius pudoris quem me ætas præſtare admonet: & eius conſilii quod uel mediocris prudentia parere poteſt/in primis eſſe uidetur: ut uel ſolo tantorum uirorum aſſenſu: quæ a te dicta ſunt approbemus : tamen ad huius ueſtræ ſpeculationis gloriam pertinere puto: ut omnes intelligant illam ex eo certamine uictricem euaſiſſe: de eoq; aduerſario triumphaſſe qui illi non incruentam uictoriam reliquerit. Et profecto cum mecum quoad ingenii uires ſuppetunt naturam noſtram conſidero: non contemnendæ uidētur argumentorum acies quas ciuilis actio in certamen adducit : eorum autem illud in primis ſeſe offert. Nam cum de hominis uita quærimus : neminem tam rudi ingenio eſſe arbitror : qui non animaduertat non ita de eo quæri ut aut animum ſeorſum a corpore : aut contra corpus ab animo deſtitutum mente concipiamus ſed quemadmodum cum bigas dicimus non alterum ſolum ex iis equis qui iuncti currum trahunt : ſed utrumq; ſimul intelligimus : ſic cum hominis ratio haberi cepta eſt / id totum nobis proponimus : quod ex animo atq; corpore conſtat. Hoc igitur ſi das ego mihi ita perſuadebo id uitæ genus præferēdum quod non horum alterum : ſed utrumq; ſeruet atq; perficiat. Raro autem uiuendi quæ ciuili actione perficitur hoc præſtare ex eo conuincitur quod uirtutes de uita & moribus quibus ciuiles actiones diriguntur & corpus ſimul & animum incolumes ſeruant. illis enim cum ualitudo roburq; membrorum omnium ſenſuumq; integritas ſeruatur. Tum animus ab omni uitiorum labe impollutus cuſtoditur: præponenda eſt igitur actio quæ hoc præſtat ueri inueſtigationi : quæ in ſola mente curanda ita uerſatur/ut rerum cæterarum curam negligat. Illud autem quis non uideat ad concilia cœtuſq; celebrandos : & ad communem ſocietatem conſeruandam nos parentem optimam naturam produxiſſe. Hoc autem niſi ciuitatem conſtituamus nulla ratione præſtare poterimus. Qua enim alia re immortalibus laudibus Socratem illum græcia omnis ad cælum effert : niſi quod primus philoſophiam e cælo in terras deuocauit / atq; intra urbes induxit. quæ cum dicunt: quid aliud intelligunt / niſi uirum innocentiſſimum diuina ſua ſapientia uidiſſe multo conducibilius eſſe generi humano ad uitam in tuto tranquilloq; degēdam ſi rerum diuinarum difficillima cognitione & naturæ arcaniſq; omnino obſcura ſunt relictis ea præcepta hominibus traderentur in quibus actiones noſtræ emendatæ non ſolum nos / ac rem familiarem ſed multo etiam magis uniuerſam rem publicam adminiſtrarent. Et profecto ſi originem noſtram repetere uoluerimus : ſi ad quam rem potiſſimum nati ſumus conſiderare intelligemus nos

principe illo deo in hanc infimam mundi regionem ueluti in longinquam ac difficilem expeditionem miſſos / ut aduerſus plurimas difficultates uiriliter pugnando duos ſæuiſſimos hoſtes dolorem ac uoluptatem ſuperaremus: quibus profligatis perpetua pace fiueremur. Nam cum quiſq; natura duce ad iuſtum honeſtumq; moueatur non temere flagitioſum uirum inuenias: niſi quem aut incommodi metus / aut uoluptatis ſpes tranſuerſum egerit. Nam & imperandi & habendi cupiditas: quæ duo mala ad omne nefarium facinus mortales impellunt: quid ſibi aliud poſtulat: niſi ut omnia incommoda uitet: omni uoluptate fruatur. In huiuſmodi igitur exercitu conſtituti cum quotidie in aciem producamur: in qua de uita & ſanguine: id enim eſt de animorum noſtrorum ſalute dimicandum ſit/non ne qui in ea locum deſerit/ac commilitonibus proditis clanculum ſe a prælio in caſtra recipit: pro tranſfuga eſt habendus? Nam obſecro te cum intra eandem ciuitatem cogamur: cum iiſdem mœnibus: iiſdemq; armis hoſtiles iniurias propulſemus: cum communi conſilio eas leges iubeamus: quibus & iuſte uiuamus: & ad omnia ardua pro dignitate tuenda inflamemur: & modeſtiæ præſcriptos fines non excedamus: non ne cuiq; noſtrum ſummis uiribus elaborandum eſt: ut hæc ciuilis uita ab omni ſcelere abſit: omnemq; uirtutem amplectatur. atq; quo minus hoc præſtet nullo dolore aut periculo deterreatur: nulla uoluptate eneruetur. At ſi contra quiſquam ſit qui in ocio marceſcens hæc negligat: non ne munus ſibi adeo demandatum deſerere uideatur? Verum quo iam ſole clarius appareat quid inter ueſtrum ocioſum & noſtrum negocioſum interſit: proponamus nobis exædificatam aliquam urbem: cui publica ac priuata cuiuſcunq; generis ædificia: ſacra itidem ac profana abunde magnificeq; aſſit: adeſſeq; ſapientiſſimum uirum: qui illam huiuſcemodi habitatoribus replere inſtituat: qui ciuitatem omnibus rebus affluentem reddant: in qua quemadmodum in animato corpore nullam partem adeſſe par eſt: quæ non ſeruiat toti & ipſe ad portas ſedens nullum prius ciuem futurum admittat: quam ſingulos ingredi cupientes diligentiſſime conſideret: & quem quiſq; ciuitati uſum prudentia artificioue allaturus ſit/penitus cognoſcat. Itaq; reſpondebunt alii ſe ſapientes legum latores eſſe. Alii conſultores prudentes: alii oratores uehementes / alii iudices iuſtos. Erunt itidem qui medicinam ſpondeant: qui ciuilis iuris ambigua interpretaturos promittant: qui militiam exercituros profiteantur. Aderũt architecti. Aderunt ſculptores: fictores: pictores. Aderunt ferri lignorumq; fabri. Et quoniam præter has artes: quæ ingenio atq; induſtria comparatæ libero ſunt homine dignæ: uaria quoq; opificia in ea multitudine requiruntur: quæ non ſolum ad recte uerum etiam ad tute cõmodeq; uiuendum collecta ſint: ultro ſeſe offerẽt

mercatores qui argentariam exerceant: qui & quæ apud nos ſunt merces expor-
tando: & peregrinas importando populum tum rebus omnibus exornatum: tum
grandi pecunia diuitem reddant. Aderunt qui ex uaria lana ueſtes conficiant: qui
iam confectas uariis coloribus inficiant/ut non ſolum ad frigoris caloriſq; uim re
pellendam: uerum ad ornatum ac dignitatem quandam comparandam illis uti
poſſimus. Prætereꝙ hos ſordidiores & ueluti mercenarios: quorum laborem po-
tius quam induſtriam emimus/prætereo textores/fullones/zonarios/ueſtium: cal
ceorumq; ſutores/multoſq; alios eiuſdem generis. Et ne in forum mihi cupedina
rium deſcendendum ſit: omitto olitores ſalſamentarios piſtores cocos fartores la
nios piſcatores: quibus terentianus gnato re ſalua & perdita profuiſſe ſe iactat.
Cum igitur & illorum quos a principio enumeraui ingenium atq; artificium ad-
miratus fuerit: & horum quos proxime poſui operam ac laborem neceſſariũ du-
xerit is cuius arbitrio ciuitate donandi ſint homines profecto omnes admittet:
ſinguloſq; ad id quod iam profeſſi fuerint negocium ſedulo obeundum cohorta
bitur. Inter quos ſi ueſter hic ſapiens ocioſus oſcitanſq; aſſit: ſecumq; & apud ſe
in ſua ſolus biblyotheca deliteſcens nuſquam diſcedat nulliq; admiſceatur. nemi-
nem ſalutet: nullam neq; priuatim: neq; publice operam præſtet: quas illius in re
publica partes eſſe dicemus: quod ſymbolum ad uitam humanam conferret? Vbi
illum conſtituemus: quo dirigemus? Erit ne quiſpiam qui illum in aliquo homi
num numero habendum cenſeat: profecto non erit: ſed potius ipſum ueluti igna
uum fucum ad aliena mella uenire omnes indignabuntur. Quietem ego inquit
ago: & per ſummum ocium uim naturæ ſpeculor: & uerum in rebus omnibus in
uenire contendo. Beatus profecto es: ſed caue ne tuæ naturæ oblitus uideare: qui
tibi ſoli ita inſeruias: ut reliquorum nullam penitus rationem habeas: Verum age
liceat mihi bona uenia te quod ſcire cupio rogare. An ſi claſſem aduerſus hoſtes
ituram ea mente conſcendas: ut neq; gubernator ad temonem ſedeas: neq; remex
nauigium impellas: neq; per foros currens eaq; aut circa pedem faciendum: aut
circa antennas uelaq; adminiſtranda ſunt ipſe facturis imperes: neq; imperanti pa
reas: neq; deniq; cum hoſtibus pugnaturus armis inſtructus conſiſtas: ſed ſolum
onus naui afferas: eumq; ocioſus locum in illa occupes: in quo alius uſus quem-
piam præſtaret. Si inquam huiuſcemodi conſilio nauem conſcendas: ut neq; ope
ra neq; conſilio illam iuuare uelis: non ne qui nauibus præeſſent inutilem te & di
gnum qui in mare præcipitareris ducerent: & fortaſſe ſi paulo eſſent ſeueriores te
præcipitarent. An putas rem publicã minus fortaſſe egere capeſſentibus ſe ꝗ nauẽ:
cum grauiſſima aſſiduaq; pericula ſibi undiq; ſemper imineãt. Aſſiduoq; aut mul
torum principum ac populorũ ambitione auaritiaq; armis doliſq; petatur: aut
ſeditioſorum ciuium factione exagitetur. Ecquis ignorat animanti rem publicã

ſimillimam eſſe/in quo ſumma quadam harmonia ſuum quodq; membrum mu nus exequitur. Conficit ex ſe eum ſpiritum cor qui animanti uitam præbeat : circa uero nutrimentum non nulla ſtomachus: ſed plura epar præſtat. Q uod uero ſentiat animal a cerebro eſt quod reſpiret a pulmonibus. Sed ne in reliquis quæ latent/proptereaq; minus nobis nota ſunt nunc longior ſim: uideamus externa. Ferunt pedes. operantur manus. Vident oculi. Audiunt aures. Ex quibus omnibus unus ueluti concentus ex diuerſis uocibus in cõmune efficitur quo animãs & ea quæ ſibi noxia ſunt propellat: & amica ſalutariaq; aſſciſcat. Q uod ſi aut pedes uniuerſi corporis molem ferre denegarent: aut oculi quæ ad totius ſalutẽ pertinent proſpicere recuſarent: aut nares odorum rationem habere negligerent: aut guſtus inter ſalubria & inſalubria nullum diſcrimen faceret quo modo illi animanti conſultum putares: aut quam diu duraturum? Sed id adde quod huiuſce modi iactura grauior ſit. Nam qui ad res ſpeculandas conuerſi rei publicæ partes deſeruit: ii ſunt qui ingenio & conſilio reliquos ſuperent: ex qua re maiori afficiatur detrimento ciuitas neceſſe eſt: cum a ſapientioribus deſerta minus pruden tibus relinquatur. Nam ueluti in græcorum exercitu ſi Therſites in acie locum de ſerat: non magnum troianos ad uictoriam momentum affert. Q uippe qui etiã cum pro uiribus pugnet: non multum terroris hoſtibus poſſit incutere. Cõtra uero ſi Agamemnoni iratus fortis Achilles in tentorio ceſſet: poterunt facile in fugam uerti græci: qui enim præſens multum prodeſſe poteſt : Eiuſdem eſt abſentis plurimum nocere. ſic eadem rei publicæ ratio eſt: in qua ſi is gubernacula relin quat qui ingenio & prudentia reliquos antecellat ab is qui hebetiores ſunt ſummo cum detrimento res adminiſtretur neceſſe eſt. At inquiet hic noſter inueſtigator. ego quidem hoc ago ut in ſpeculanda natura rerum quæ ad hominum ſalutem pertinent/comperiam: ut qua ratione inſtituendæ ſinr ciuitates : quibus legibus informandæ edoceam. quales item eſſe oporteat in populo principes. Q uibus demandandi ſint magiſtratus. Q uibus quæq; delicta ſuppliciis cohercenda quibus honoribus boni honeſtandi demõſtrem. Hunc ego hominem ut beatũ admiror: & quod huiuſcemodi ſibi theſauros comparet: uehementer laudo: Rurſus uero cum eundem illos conditos retinere animaduertam: neq; tantas diuitias in aliorum libertatem conuertere uideam/ditiſſimo illum homini comparo: ſed qui opes ſuas clam omnibus habens/humiq; fodiẽs: nec ſibi nec aliis profuturus ſit. Veluti ſi quiſpiam curet ut uelociſſimo robuſtiſſimoq; ſit corpore: neq; deinde ullo ſe curſu aut certamine exerceat. Nam per deum immortalem quid proderit medicinam tenere: niſi illã ad plurimoꝝ ſalutem cõuertamus? Q uẽ uſum ex ſuã arte nobis afferat Phidias: niſi eã in ebore auroue exprimat: Sapientem accepimus fuiſſe Numã põpiliũ ſecundũ romanoꝝ regem. Ac uideo eius ſapientiam. ille enĩ pplm ſuæ fidei cõmiſſum ex feroci & nimiũ q̃ par eſſet bellicoſo ad ocium & pa-

cem & ad iuſtitiam religionemq; colendam traduxit: effecitq; ut qui paulo ante armis equiſq; a finitimis ſe defendere nõ poſſent: unius uiri auctoritate tuti eẽnt: prætereo circa libertatis initia Brutum & publicolam: prætereo ſequentibus deinde temporibus Camillum: qui imperium ex alto iam gradu infimum deiectũ rurſus ad priſtinam dignitatem reduxit. nihil dico de Catonibus/de Leliis/de Scipionibus: quos omnes litteratos fuiſſe accepimus: nihil de aliis innumerabilibus uiris: qui niſi non minori ſapientia quam animo rem publicam geſſiſſent: ſed ſoli ſe cognitioni dediſſent: nec uiui in multo prætio fuiſſent: nec mortui etiam nunc poſt tot ſæcula uiuerent. Habemus noſtra tempeſtate Federicum Feretranum Vrbinatum principem. quem ego maximis ſuperiorum ætatum imperatoribus comparandum non dubito plurimæ ſunt ac omnino admirandæ in uiro excellentiſſimo uirtutes: ingenium acerrimum & ad omnia uehemẽs. Tantum autem litterarum ſtudium ut nulla unquam a negociis ceſſatio detur quin ocium illud ad litteras non transferat: effecitq; multa legendo/multa audiendo/plurima diſputãdo/ut inter litteratiſſimos iure cenſeatur. Sed fac ipſum ita ſe totum huiuſcemodi ſpeculationibus tradidiſſe/ ut imperium quod pacatiſſimum florentiſſimumq; adminiſtrat/penitus neglexerit: remq; militarem in qua & ſuæ ætatis duces ſine controuerſia ſuperat: & cum omni antiquitate concedit: nunquam attigerit ex tanto uiro ad quem hominem redibit. Sed reuertor ad antiquos. Fuit ſapiẽs Hercules. At nõ ſibi ſapiens: uerum ſua ſapientia omnibus pene mortalibus profuit. Nam maximam orbis partem pagrans horrendas feras ſubſtulit: pernitioſa ac immania mõſtra perdomuit. Crudeliſſimos tyrannos cohercuit. Plurimis populis ac nationibus ius libertatemq; reſtituit. Quod ſi apud Athlantẽ præceptorẽ ſuum cõmoratus ocioſæ ſapientiæ tantũ operã dediſſet: pro Hercule ſophiſtam haberemus: neq; illũ Iouis filiũ quiſquã dicere auderet: qñquidẽ ne Iupiter quidem ipſe ſi illũ ex platonicoꝝ ſententia mundi animã interpretamur unq̃ ceſſet: qui ſi ceſſaret omnia que aſſiduo motu agitantur ceſſarent. Non enim cæli aſſidua mobilitate ſe circũferrent. Nulli aſtrorum ortus obituſq; apparerent. Non ipſa elementa mutua inter ſeſe tranſmutatione agitarentur: non fluerent fluuii. Non ferret quicquam tellus: Nihil ĩmutarent horæ. Nihil ſortirentur parcæ. Nihil canerent muſæ. Sed redeo ad homines. Vides quibus uiris nomen chriſtianorũ creuerit: quãta q̃ multiplici: q̃ uaria doctrina fuerint. Sed quem mihi dabis ex illis principibus quoꝝ opera ac conſilio res noſtra conſtabilita eſt: qui ita ſe litteris tradiderit: ut nullã uitæ actionem attigerit. ſed ut reliquos breuitatis cauſa omittam: quanti tu paulum Paulum apoſtolum facis? quot habes quos illi compares? Intuere genus eius dicendi quo quid aut plenius/aut ad docendum acutius/ aut ad cõmouẽdũ efficacius cogitari poſſit/nõ reperio. Nam de doctrina hominis quid opus eſt aut meo/aut cuiuſquã teſtimonio cum unus ex oibus conſtantiſſimo omniũ/quotq; ſunt/quotq; fuerũt cõſenſu gentiũ doctor iure optimo appellet̃: qui ſpeculãdo ad tertiũ uſq; cælũ aſcẽdit: q ea uiderit/ ea cognouerit: q̃ nõ liceat hoibus afferre. Hic

ergo uir ita ne in ſua ſe cellula obcludens meditari prexit: ut ceterorꝫ ſalutem peni
tus negligeret. Lege q̄ſo q'ıæ modeſtiſſimus uir de ſe ſcribat: quæ ēt multi ideq̄
ſanctiſſimi uiri referant: quot profectiones: quot nauigationes aduerſus ualitu-
dinem ſuſcepit. In quot pericula/in quot calamitates incidit: ut Petri nauiculam
atrociſſimis fluctibus pene obrutam: & acutiſſimis ſcopulis inliſam in tutū tran-
quillumq̄ portū reduceret. Retuli unum de multis. Sed tu recordare quot apud
latinos/quot apud græcos doctiſſimos uiros enumerare poſſimus: quo oēs cum
non ambitione: ſed ardentiſſimo in alios amore ad ſe ultro delatos pontificatus
ſuſcepiſſe uideamus: quidnā aliud uoluiſſe crediderim niſi prudenter conſulēdo:
mitiſſime monendo: acerbius caſtigando opera deniq̄ ac re plurimum iuuando
prodeſſe quāplurimis: & ea quæ multo ſudore ac induſtria didicerant: non ut ſer
uus ille nequam occultare/ſed ad aliorum uſum afferre. Sed quid tam diu argu-
mentationibus inſiſto cum conſtantiſſimo omnium nationum cōſenſu negocio-
ſos ſemper ocioſis prælatos uideamus: lege quæſo inſtituta diuerſarum rerū publi
carum: uidebis ſemper maxima premia ingentiſſimoſq̄ honores non ocioſis/ſed
negocioſis eſſe inſtitutos. Fuerūt in maxima gloria triumphi: fuerunt trophœa:
fuerunt ouationes. Variæ coronæ inuentæ ſunt: uarii tituli excogitati. Videmus
multis excellentiſſimis uiris ſtatuas erectas: neq̄ ſolū togatas uerum etiam eque-
ſtres atq̄ curules: uidemus ſepulchra magnifice conſtructa: Agros publice dona
tos/ut huiuſcemodi monumentis uiri illuſtres & de re publica bene meriti mor
tales redderentur. Verum ſi ex omni antiquitate hæc repetas: inuenies ex ocioſis
rariſſimo omnino huiuſcemodi premiis honeſtatos: Ciuilium autem hominum
turbam uix enumerare poteris: quorſum igitur hæc: nēpe ut intelligas a ſapien-
tiſſimis iuſtiſſimiſq̄ principibus: qui res publicas ſuas optimis temperauerunt
inſtitutis & legibus/id hominum genus magis ad amatum rem: qui nunquam
erranti naturæ magis obtemperarunt. Atq̄ ut intelligas quantā uim habeat ueri-
tas/idem illi qui ocioſas litteras ciuilibus actionibus prępoſuerunt multo ſæpi-
us imperatoris quam philoſophi laudes ſuis ſcriptis proſequūtur. nam & ſi cogni-
tio iſta magnarum rerum quam ego ut par eſt maximi ſemper feci illos uehemen
ter delectarit: tamen uoce naturæ cui omnes parere cogimur admoniti: id quan-
doq̄ faſſi ſunt quod ſæpe ſuis diſputationibus in quibus nimium ſe iactant: om-
nino tergiuerſantur. Sed uideo me in re apertiſſima diutius quā oportet imora-
rii præſertim tum unico præcepto eius: qui ex nihilo nos produxit. qui productos
& noſtra temeritate in mortem prolapſos: iterum in uita reduxit: unico inquam
ſummi dei præcepto tota res probari poſſit. Nonne illud adeo eſt ut diligas proxi-
mum tuum ſicut teipſum. At quid tibi propinquius ſit quā ipſa res publica eſt.
non uideo quo igitur pacto illam ſicuti te ipſum diliges: niſi errātē in uiā reducas:
niſi cōſiliū in dubiis rebus poſtulāti rectū p̄beas: niſi opē in tumultu ac piculo ſū-
mo iplorāti præſto aſſis. Indiget ciue qui magr̃atus prudēter iuſteq̄ admiſtret: indi
get iperatore: indiget milite: Q ua igit̃ ratiōe caritatem quā illi debes præſtare to

dices/niſi aſſiduo ita illi ſemper aſſis:ut non modo labores omnes æquo animo perferas. Verum etiam extrema pericula ſi ita res poſtulet: mortemq; intrepidus adeas. Sed quid plura? Nam cũ omnes qui unquã fuerunt philoſophi ad ſocialem cõmunemq; uitam nos natos eſſe uelint/nec homo ĩs appellandus eſt qui nõ ciuis ſit:nec ciuis:qui eius in qua natus eſt ciuitatis curã negligat. Hæc igitur habui quæ declamatoriæ: & ut apud Landinũ me exercere ſoleo magis q̃ philoſophice mihi pro uita ciuili dicenda uiderentur: idq; magis/adeo ut iudiciũ tuum grauiſſimũ quod eſſet de hac re mea oratione expreſſius elicerem:quã meum explicarem. Quod ſi diutius patientia tua in me audiendo abuſus ſum/q̃ dignitas tua & obſeruantia mea erga te poſtulabat/dabis ueniam amori noſtro rerum noſcendarũ ardentiſſimo. Nam cũ diſcendi miro ſtudio inflamatus ſim: tui autem adeundi & conſulendi facultas rariſſima detur:patere quæſo æquo animo ſi ultra q̃ par eſt/te defatigem. Quæ cũ a Laurentio dicta eſſent:ingens ſtupor eorũ omnium qui aderant mentes inuaſit. Nam & ſi ea ſigna iam diu ſeſe in adoleſcẽte oſtenderant/ut omnia maxima de eo iam cõcepiſſent/tamen tantã extempore copiã/tam promptas argumentationes/tam uaria exempla maturiori quoq; ætati non mediocrem laudem afferre poſſe putabant. Leo autẽ BAPTISTA cum ſuapte natura ſtudioſos omnes ſummo amore proſequeretur: Laurentii autem ingenium paterne atq; unice diligeret: Iam dudũ inquit Laurenti te attentiſſime nec ſine ſumma uoluptate audio. Video enim te non ſolũ omnes uitæ ciuilis uirtutes eſſe amplexũ:quod & ipſum tamen in tam teneris annis ſumma admiratione dignum uideri poſſit:uerũ etiam ad hæc quæ diuiniora ſunt mentem iam cõuertiſſe. Facile enim apparet quæcũq; paulo ante pro uita ciuili dixiſti huc omnia tendere:ut me ad ea corroborãda excitares/quibus ueri inueſtigatio actioni præponatur. Quod ni fallor ſine multo negocio effici poteſt. Nam uel mediocriter conſideranti ſeſe nobilitas rei offert ut cum a ſpeculatione ac inquiſitione ueri diſcedas:reliqua pene indigna uideantur in quibus noſtri ingenii diuinitas operã ſumat. Quis enim modo hominis naturã propinquius intueatur/non uideat nihil in nobis mẽte excellẽtius eſſe? At mentis nõ agere eſt:ſed ſpeculari/& ea quidem ſpeculari quæ in ſe ſolam cadant:nullo autem ſenſu percipiantur. Quapropter cum ueri inueſtigatio eius partis ſit quæ in nobis diuiniſſima eſt:cum circa ea uerſetur quæ penitus incorporea in nullum ſenſum cadunt/nõ ne erit actionibus præferenda? Adde quod ſi uitæ officiis ueluti uia quadam ad ſummũ bonũ perducimur:id profecto quod perpetua quadam ſerie progreditur:quodq; nullo interuallo diſiungitur ſine dubio iis quæ contra ſeſe habent præſtare uidetur. At ĩn rebus magnis meditandis conſtanti quodã tenore uerſamur:cũ circa res agendas ad plurima eodem pene temporis puncto/ac inter ſe diuerſa diſtrahamur. Quapropter dum Martha circa plurima turbatur: Maria interim ſecus dominum aſſiduo ſedet. Præterea unde maior animi uoluptas percipitur:id ei præponendũ eſt quod minorẽ afferat uoluptatem. At inquiſitio ueri hoc nobis præſtat:

Mentis & specula[illegible]

Speculatorẽ esse [illegible] [illegible]

Maria enim epulatur. Martha autem circa plurima diſtrahitur. Sed neq; id præterire uelim. Nam quis nõ uidet id quod propter ſe expetitur eo quod nõ propter ſe: ſed propter aliud uolumus pluris ſemper eſſe faciendum: At ſpeculationem huiuſcemodi eſſe & tua & omnium doctorum ſententia conuincam/& pſalmi auctoritate id quod quiſq; ſua ſponte credit: facile comprobabo. Vnam enim inquit ille petii a domino: hanc requirã. Deinde exprimit quid petierit. Addit. n. ut habitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ: ut uideam uoluntatem domini. Adde ad hæc quod ſpeculamur in otio & in quiete. Quapropter rectiſſime illud uacate & uidete quia ſum deus: Agimus autẽ non ſine ſtrepitu & tumultu. Maria enim otioſa ſedet. Martha properabunda omnia luſtrat. Nec mirum cum altera ab hyle non diſcedat: in qua omnia tumultuantur: & uariis perturbationum fluctibus æſtuant. Altera defixis oculis diuina ſemper intueatur: quæ nulla unq̃ contingit perturbatio. Maria ſola mente quæ immortalis & nulli contagioni obnoxia eſt/ſuum munus exequitur. Martha ſine ſenſibus qui a corpore pendent: & in corruptionem facile labuntur: quoſq; non cũ deo: ſed cum pecude habemus communes nihil proficit. Quãobrem diuiniſſime ab ipſa diuinitate locus cõcluditur. Elegiſſe optimã partem Mariam quæ non auferetur ab ea. Dixit optimam: ut intelligas & actionem bonam eſſe: ſed longe tamen ſuperari. Nam quod ab ea non auferetur: facile conuincitur. Si enim animi noſtri a deo creati ad deũ redituri ſunt: & in eo cõtemplando acquieturi/quis non intelligat humana negocia quandoq; ceſſatura: ac penitus intermoritura. Nos autẽ deum intuendo feliciſſime acquieturos. Sed cum hæc dialectice a nobis magis q̃ oratorie proferantur: tentemus alia quoq; uia quid proficere poſſimus. Et quoniã eos ueluti inertes accuſabas/qui relicta rerum publicarũ adminiſtratione/totos ſeſe otio traderent: capiamus aliquẽ ex noſtra ciuitate qui ita uiuens uitæ tamen ſuæ inſtitutũ probe defendat. Volumus ne paulum phyſicum mathematicũq; excellẽtiſſimum: quem auus tuus Coſmus cum ſua admirabili doctrina/tum ſuauitate quadam in ſermonibus & diſputationibus apprime dilexit. Iſthunc ipſum inquit LAVRENTIVS: Nã is ſolus ex omnibus quos ego norim apud nos eſt: quem cognitio ſummarum rerum adeo delectet: ut modo id aſſequatur: nihil ſit præterea quod curet. Is igitur inquit Baptiſta ciuis natus: cuiq; omnia noſtræ urbis publica cum reliquis ciuibus cõmunia ſint/tamen ciuiles omnes tumultus: atq; certamina fugiens apud ſe in aſſidua ueri inquiſitiõe uerſatur. Hic igitur/ſi tanq̃ publica munera detractans ſalutis dignitatiſq; publicæ deſertor inſimuletur: ſicut puto ſe defendet. Ego quidem florentini uiri quod ſeorſum a uobis uitam agã: nulla me uos iniuria afficere probe noui. Nã neq; ærarii neq; priuati cuiuſq̃ opes aut furtim aut per uim ad me conuerto. Neq; iis moribus: atq; ea uita ſum. ut notam aliquam rei publicæ afferã: qua illã me produxiſſe pœniteat. Aduerſus uero ſingulos neq; inurbanum me neq; ſuperbum: neq; auarum gero. Legum autẽ & inſtitutorum: quibus res publica incolumis ꝑdurare poſſit: nullus eſt qui maiorẽ

curam gerat. Ego autem non ignoro uires in re publica & magiſtratus maximo in pretio apud mortales eſſe: maximoſq; honores ad eos peruenire: qui illis funguntur/ſi cum ſumma uirtute eos adminiſtrarint. Sin contra ſua ignominia illos opprimi neceſſe eſt: Quapropter ſapienter Clazomenius ille Anaxagoras magiſtratum ait uirum oſtendere. Qui enim in ſublimi ac excelſo loco conſtituti ſunt: eorum neq; uirtutes neq; uitia quenq̃ latent. ac quantum a recta uia aberratum eſt/tantum exagitãtur. Quod ſiquis uel falſa gloria ductus: uel caritate ſumma in patriam motus ad rem publicam adminiſtrandam accedere tentat/uideat prius & ſecum diutius cogitet quo artificio: quibuſue inſtrumẽtis ad id artificium aptis tantam rem aggrediatur: Neq; enim aut pictor aut ſculptor opus recte conficient: niſi & artem prius optime norint: & iis inſtrumentis abũdent. quibus opus iam mente conceptum commode abſoluere poſſint: ne aut inſcitia damnentur aut inopia laborantes rideantur. Quod ſiquis quærat quibus rebus exornatum eum eſſe oporteat/cui publica res recte committi poſſit: reſpondebo ſine ulla dubitatione omnem laborem fruſtra illum ſuſcepturum niſi aſſit ueri cognitio. Quemadmodum enim nobis in hanc uitam uenientibus lumen ſeſe oculis offert: quo cuncta corpora intueamur: ſic & animis noſtris/niſi a recta uia penitus erraturi ſimus/rerum certitudo ſeſe offert. Hoc enim uno non ſolum ultimum illud quo quiſq; peruenire cupit ſe nobis oſtendit: uerum etiam quæ breuiſſima atq; expeditiſſima eo perferat uia manifeſtatur. Quod ſiquis hoc neglecto lumine ad eum quem dixi finem peruenire contendit: & ipſe ueluti cæcus dux & qui eum ſequuntur præcipites in omnium ærumnarum uoraginem ruent: qua cum abſorpti fuerint: omnis remeandi ſpes concidat neceſſe eſt. Ego igitur huiuſcemodi lumen quo naturam noſtram & quæ illi conſentanea ſunt cognoſcimus/longe pluris faciendum cenſeo q̃ illud quod a ſole proueniens corpora corruptioni obnoxia nobis oſtendit. Verum id ſordidis uulgaribuſq; artibus nunq̃ aſſequemur: Neq; enim uoluptatibus addicti: neq; auaritiæ obnoxii/neq; ambitioni obligati id aſſequemur: ſed ardentiſſimo quodam ueri inueniendi amore incenſi: quo ut perueniam ſequor ducentes rationes & ueſtigia ipſius naturæ non deſero: Atq; hæc quidem de me: Quod ſi acrius urgebitis/citabo aliquem ex iis qui in rebus inueſtigandis uehementer profecerunt: qui non reuerebitur aſſerere ſe in eo uiuẽdi genere uel ſolum longe magis rei publicæ prodeſſe quam multi ſimul ex iis quos quotidie in foro: & in ſenatu uerſari uidetis: Et profecto nunquam eum uobis rem publicam conſeruare aſſentiar: qui aut portus aut naualia aut mœnia/aut templa aut porticus conſeruat. Quæ omnia & ſi neq; hoſtis igni ferroue demoliatur: neq; cæli iniuria diruat: temporis certe progreſſu quo nihil edacius eſt penitus contabeſcent. Sed unica cuſtos ſeruatrixq; fideliſſima eſt concordia ciuium/quam actiones a ſingulis profectæ in unum coeuntes ita conficiunt ueluti diuerſæ a ſingulis in cithera fidibus uenientes uoces ita conſonant: ut ſuauiſſimus inde concentus quem græci harmoniam nuncupant exoriatur: Id autem optima legum inſtitutio pariet/legum autem obſeruantiam eorum qui illis utuntur uirtus conſeruabit uirtutem autem rationes a diligenti inquiſitione ꝓfectæ pariunt: illas autem ſola exercitatio circa uerum perficit. Verum poſtremo

diuturno quodam ocio circa ipſum adhibito nobis comparabimus. Nullo enim alio inſtrumento utitur uirtus præter ueram rationem: qua acuitur atq; excitatur animus ut adiſcat: & quæ didicerit memoriæ mandet: & quæ meminerit utatur. Vtens enim minime aberrabis. Huiuſcemodi igitur eſt ueri exercitatio. Huiuſce modi ars uiſq; rationis: qua ut exornemur ſummopere elaborandum eſt. Ipſa enim ſola eſt quæ ad ſummum bonum perducat: Vides ne quo ſe tutetur pacto uir ſpeculationi deditus? Ad ea autem quæ a te & ingenioſe excogitata & eleganter explicata ſunt ſic puto reſpondebit: primum quod hominis ſit rationem habendam dixiſti: ut & corpus ſimul & animum complectamur. non ibit inficias poſtquā moleſtiſſimo corporis carcere ſumus incluſi non eſſe omnino corporis curam ommittendam: ſed utriuſq; rationem habendam: eſſe aliquo modo concedendum nos ex animo & corpore conſtare. Verum ſi exactius naturam noſtram inquiramus/non uidebimur aberrare ſi ſolam mentem hominem appellemus. Quod non ſolum Platoni tanto uiro uerum etiam chriſtianis quibus nihil doctius reperias placere uideo. quid ergo corpus: poſſem dicere uinculum animo eſſe a quo paulo poſt diſſoluatur/poſſem uas fictile appellare quod breui confringatur. poſſem deniq; ueſtimentum tale quidem quod breui ueteraſcat atq; conteratur. Mens autem quæ æterna eſt pabulum & ueluti nutrimentum non actionem ſed ſpeculationem quærit. Sed agamus pinguiori/ut aiunt minerua: concedamuſq; non tantum ex mente: uerum etiam ex corpore hominem conſtare. quid tum? Erit inquies & corporis ratio habenda? Erit profecto. Nam dum hac uita mortali uiuimus/illius adminiculis ad multa utatur animus neceſſe eſt/cum in ſuam cognitionem quæ de rebus immortalibus atq; æternis eſt uenire non poſſit: niſi per ea quæ in ſenſus cadunt: & quæ locis temporibuſq; circunſcripta aſſiduo oriri/atq; occidere uidemus. Quapropter quod dicis uirtutes ciuiles quæ a moribus ſunt/& animum ſimul & corpus curare: fateor id quidem/dummodo illud quoq; intelligas eas omnes uirtutes a ui cognoſcendi originem ducere. Quis enim iuſte uiuere poterit niſi prius quid iuſtum ſit/& iuſtum quod ſit naturæ noſtræ conſentaneum eſſe: proptereaq; agendum mente inueſtigauerit. Quæ quidem ratio & in fortitudine & in temperantia latiſſime patet. Non poſſunt igitur ſine mentis inueſtigatione ea perfici: quæ circa actiones adhibentur. Quod in Martha Mariaq; probe oſtendunt. non enim Maria in auxilium Martham depoſcit: ſed Mariam Martha cum apud dominum quæratur ſe ab ea/eſſe deſtitutam: poſcebat igitur opem Martha: quia ſine ueri inueſtigatione nihil pene perficit actio. Eo igitur excellentior erit ueri inquiſitio: quia & quas diximus in actione uerſari uirtutes procreat: illiſq; ad res agendas opitulatur: & præter id eam diuinitatem attingit: ad quam illa aſpirare non ualet. Nec ob aliam cauſam ab immortali deo factum fuiſſe arbitror/ut dux maximus Hebræorum Moyſes Leges quibus populus ad rectas atq; honeſtas actiones inſtrueretur non in urbibus/atq; hominum frequentia acciperet: neq; in conualle undiq; occluſa/nec in campeſtri depreſſoue loco: ſed in altiſſimi montis cacumine. Voluit enim omnium rerum architectus deus hac potiſſimum re nobis ſignificare: quæ ad rerum publicarum adminiſtrationem utilia futura ſint non niſi per ſupremarum rerum inueſtigatio

nem ab hominibua excogitari poſſe. Quapropter & ad communem ſocietatem conſeruandam/& ad duos illos humanæ tranquillitatis hoſtes ſuperandos multo efficacius hæ uirtutes nobis proderunt quæ in ueri cognitione uerſantur/q̃ illæ quæ in rebus agendis laborant. Quanq̃ & ſocietas qua humanum genus deuincitur/non propter animi excellentiam: ſed propter corporis indigentiam expetatur: & hoſtes illi quos oratione tua ita ſæuos oculis pene noſtris ſubiiciebas/ut horrorem incuteres una cum corpore ſepeliendi ſint. Nam cum omni corporea contagione liberi in naturam ſuam animi noſtri redierint: neq; ſocietas erit expetenda: neq; hoſtes formidandi. Ceſſabitq; actio cum interim ſpeculatio magis magiſq; corroboretur. Voluptas enim quæ a ueritate eſt æterna perſeuerat. Non enim fruſtra qui nihil unq̃ fruſtra. Maria optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea. Quæ cum ita dicantur non tamen ceſſamus alterum uitæ genus ſi cū omni uirtute agatur maximis laudibus extollere. Verum maiores gratias his uiris habendas cenſebimus: qui per ſummum ocium ea excogitarint atq; inuenerint quibus ueluti norma quadam ueſtri illi patroni ad rem ciuilem adminiſtrandam utantur. Adde quod latius ſerpunt: & longe pluribus proſunt quæ per ocium inueniuntur quam quæ in negocio aguntur. Vtriuſq; autem rei idem exemplo eſſe poterit. Quis enim Marco Cicerone in agendo admirabilius excogitari poteſt qui in conſulatu ſuo ea prudentia/eoq; animi robore fuit: ut incendium ab urbe: ſeruitium a populo romano/uaſtitatem a cuncta italia prohibuerit. Poſt uero cæſaris cædem/armatum Antonium inermis/& conſulem priuatus contra ſententias multorum ſenatorum ita urbe prohibuerit: ut quamuis non eſſet a ſenatu hoſtis iudicatus/pro hoſte tamen haberetur. Quæ quidem ita ab eo in toga geſta ſunt ut præclariſſimorum ducum maximis triumphis ſint anteponenda: quid ergo negabimus huiuſcemodi actionis immortalibus laudibus proſequendas? Minime. Quid ita quoniam ſummis laboribus maximis periculis: & quod rei exitus oſtendit morte etiam ſua omnia tentauit: quibus libertatem iam diu intermiſſam uel potius amiſſam ciuitati reſtitueret. Sed quæſo te: cum procul a re publica uitam agens/totum ſe ad res magnas inueſtigandas conuerterat: num ita patriæ ſuæ inutilis erat: ut nulla ei in re prodeſſet? cum græcorum omnium monimenta perſcrutans & ſuæ mentis diuinitate cuncta perluſtrans nō id ſolum quod ciues ſuos qui tunc erant iuuare poſſet intelligeret: ſed uniuerſam naturam complexus quis ſit hominis finis: quo cuncta referantur: quæ uitæ offenſa/quæ eo producant animaduerteret: multaq; quibus mortem: multa quibus dolores cruciatuſq; corporis/multa quibus ægritudinem cæteraſq; animi perturbationes contemneremus adinueniret. Poſtremo in diuinis illis: & de legibus & de re publica libris nonne uniuerſam ciuilem diſciplinam proſecutus eſt: ut qualem oporteat eſſe ciuitatem: ſiquidem beata futura ſit: quales in ea principes gubernatoreſq;: quæ priuatorum: quæ magiſtratuum officia e quibus ordinibus generibuſq; hominum rem publicam inſtructam/quibus legibus exornatam. quid conſultori: quid imperatori: quid militi: quid opifici: quid colono ſit agendum omnibus demōſtret. Quæ omnia cum acutiſſime ingenioſiſſimeq; inueniret/ac diſtincte copioſe grauiter ornateq; deſcriberet/ut non modo facile doceat/ſed uehementer rapiat

& per ſummam ſuauitatem delectet/negabis eum ciuibus ac hominibus ſuis profuiſſe? At uide quid inter illas præclariſſimas actiones & has diuinas ſpeculationes interſit. illis enim uni ciuitati profuit: His uero omnibus qui latine norunt præcepta tribuit illis quæ conſilio & prudentia egit maxima quæ tunc urgebant pericula propulſauit. quæ autem inueſtigando litteris mandauit in omne tempus proſpiciunt ut non modo præſentibus/& qui tunc uiuebant conſuleret: ſed & iis qui hactenus per tot iam ſæcula fuerunt/& iis qui poſthac futuri erunt ad bene beateq; uiuendum præcepta reliquerit. Et profecto ſi ocioſorum monumenta reuolues: inuenies homines e ſtolidis & immaniſſimis dociles humanoſq; factos: & in hanc prudentiam ac humanitatem illorum ſcriptis traductos eſſe. Nam uiros ſapientes qui & ante urbes conditas mortales prius per agros ac ſyluas ſparſim uagantes in unum coegere: & coactos legibus erudiere: oportuit priuſquã rem tentarent/ea diligenter inueſtigare/quæ & utilia eſſent/& maxime naturam humanam attingerent. Quapropter ex his ſic uniuerſus locus concluditur. Qui in actionibus uerſantur prodeſſe quidem: ſed aut ad præſens/aut ad breue tempus. Qui autem naturam rerum in obſcuro abditam in lucem nobis proferunt eos ſemper pro futuros. Actiones enim una cum hominibus ſuum finem ſortiuntur. Speculationes autem cuncta ſæcula uincendo immortales perdurant: & æternitati æquantur. Quam ob rem cum ille tuus ſapiens ad portam ſedens ingreſſuros conſiderabit/admittet ſenatorem: admittet oratorem/militem/iuriſconſultum/& reliquam deinde turbam/quam tu paulo ante diſtinctius enumeraſti. Neq; iniuria admittet cum omnibus illis ciuitas ueluti corpus ſuis membris egeat ſine quibus manca & aliqua ex parte inutilis futura ſit. Cũ uero noſter hic ſapiens acceſſerit: & rogatus quid ad uitæ cõmunis uſum profiteatur: reſponderit ſe eũ eſſe: cui quidẽ in animo ſit a negociis omnibus ceſſare: ut neq; priuatim neq; publicam curã attingat. Sed ita in rerum excelſarũ inueſtigatione uerſari. ut quæ utilia/quæ honeſta/quæ ſecundum naturam ſint optime inueſtiget: inueſtigataq; litteris tradat. Excludet ne hunc quæſo? an potius ueluti mortali cuidam deo uenerabundus aſſurgens ad mediam uſq; urbem proſequetur: ac priores excellentioreſq; ædes illi dandas/eumq; publicitus enutriendum curabit? Quin ipſum ueluti exemplar omnibus ciuibus proponet/a quo quiſq; partes ſibi in re publica demandatas obire diſcat: & ueluti ab oraculo in ſuis dubiis rebus reſponſa accipiat: Et negabit quiſquam talem uirum ullum ciuitati uſum afferre: cum nullus præter eum ſit: qui munus ſibi demandatum niſi hoc prius conſulto recte præſtare ualeat. Itaq; ridebam mecũ paulo ante pompam illam uerborum tuorum cum naui cum corpori animato rem publicam comparabas: & te cum qua mente illa diceres animaduerterem conſilium tuum tacitus approbabam: Sed illud (mihi crede) nauigiũ optime adminiſtrabitur in quo præter eos quos paulo ante commemorabas ſapiens noſter aſſit. Qui ab omni negocio immunis ſolum quæ conducant nauigationi ſpeculetur: ac conſilium expetentibus: quæ factu optima ſint oſtendat. In corpore autem animato tum deniq; & ſenſus uere iudicabunt: & appetitus nuſquã temere mouebitur/ſi mens aſſit. quæ ipſa ab actionibus uacans/conſilio tamen eos qui id petunt iuuet. Nam quod aiebas maximum iccirco inde prouenire rei publicæ detrimentum:

quod occupatis excellentioribus ingeniis circa ueri cognitionem ipſa a deterioribus regatur: nunquam profecto ceſſabit ſapiens quin ſe de rebus arduis conſulentes recta ſemper moneat: unde ſi non opera conſilio tamen iuuabit. Sed mihi credere rariſſimi erunt qui humanam ſocietatem fugientes ſoli apud ſe eſſe poſſint: id enim non niſi eius hominis eſt: qui iam hominis natura ſuperata ad diuiniora euolauit: Quapropter ut dixi pauci erunt omnino: Videmus enim in tam multis ſæculis quã mira ſit paucitas: & quã rari appareant nantes in gurgite uaſto / ut nullum iam ſit periculum rem publicam deſeri. Sed, & ipſi illi ſic ocioſi uſum uel maximum ſuis ciuibus præbent. Sunt enim grauiſſimum aliis exemplum ne ita ſe ſomno uentriq; dedant: ut omnem doctrinam negligant. Neq; tamen ſi ſe duces ad rem publicam recte gerendam adhibere uolet ciuitas ſuam illi operam denegabunt. Eſt enim diuini Platonis præceptum ſi ſapientem rebus præeſſe uiderit ſapiens uſurum illum ocio ſuo/cum multo ſit ſuauius regi q̃ regere. Sin ſtulti erunt qui præſint/aut ipſe illorum uicem obire: aut eos meliores reddere tentaturum. Quod ſi neq; ipſe admittetur: neq; illi meliores fieri patientur rediturum ad ſe aliaq; ratione hominibus profuturum: plurimos præterea enumeraſti q̃ ſuis præclariſſimis domi militiæq; rebus geſtis diuinos ſũt honores aſſecuti: quos quidem ego multo etiam maioribus dignos puto: eoſq; maximos admirandoſq; uiros fuiſſe non dubito. Neq; enim cum alteros anteire dico / alteros in nullo hominum numero habendos cenſeo. Deus eſt inter mortales: qui(ut eſt apud Maronem) rerum potuit cognoſcere cauſas. At maximum ac excellentiſſimum uirum inter homines eum iudico qui recte rem gerit. Qui quoniam aliena potius q̃ ſua curat quanq̃ qui homo eſt nihil humanum a ſe alienum putabit. Sed quia ab ocio ad negocium/& a quiete ad tumultus & ad pericula excitatur: & dum aliorum ſaluti conſulit ſuam negligit: non iniuria fuit huiuſcemodi præmium tantis laboribus proponendum. Eas enim res publicas in primis honorat quos honorare ſua maximi interſit. Intereſt autem plurimi huiuſcemodi uiros ad ſe defendendam atq; augendam / & ad ſuam maieſtatem amplificandam omni honorum genere allicere: Nam & ſi magna ſit in uirtute uis: tantaq; illius pulchritudo undiq; ſe nobis oſtendat: ut etiam propter ſe illam expetere cogamur: tamen quæ hominis eſt ſiue in ſe ipſo cognoſcendo inſcitia: ſiue morum deprauatio atq; peruerſio / pauci omnino erunt/niſi magni quidam & præclari honores proponantur: qui maiorem aliquem laborem/aut grauius periculum ſuſcipere uelint: longeq; plures inuenias qui uirtutis inſignia aſſequi laborent: quam uirtutem ſuis præmiis ſpoliatam adament: Quapropter ſapienter inſtitutum eſt/quoniam recta ratio apud omnes non ualet/ut huiuſcemodi ueluti inuitamentis ad rectum honeſtumq; accenderemur. Hæc erant igitur quæ me cum de inquiſitione ueri: & actione recti ſeorſum quæreretur: perſuadebant ut cognitionem actioni anteponerem. Verum cum omnia diligentius circunſpexi: cũq; uideam hominem ita a ſola mente proficiſci:ut corpus tamen minime ſit negligendum cum ita natum ut & caritatis nodo cum cæteris deuinctus ſit: & rerum cognoſcendarum amore flagret / eum deniq; uirum putabo: qui utriuſq; uitæ rectam rationem habens utrãq; coniungat: qui actionibus tantum præbeat: quantum rerum mortalium indigentia/atq; hu-

manæ ſocietatis uinculum poſtulat: quantum patriæ amor impellit. Ad ſpecula
tionem autem ita ſe cõuertetur ad eam niſi quatenus imbecillitas noſtra inde auo-
cet ſe natum meminerit. Inueſtigabit igitur ut ſummi boni compos fiat: Aget
ut ſua ſuorumq; incommoda fugiat. Vtrunq; autem recte præſtabit modo utriq;
tantum quantum ſat eſt impendat. Non enim ita aduerſa: ita inter ſe pugnan-
tia ſunt / ut aliquo modo coire non poſſint. Sorores enim ſunt: ſub eodem te
cto habitant Maria atq; Martha. Ambæ deo placent. Martha ut paſcat. Maria
ut paſcatur. Ambæ bonæ: ſed altera laborioſa: altera ocioſa: ita tamen ut neq;
labor flagitium: neq; ocium deſidiam pareat. Q uapropter hærebimus Mar-
thæ ne humanitatis officium deſeramus. Multo tamen magis Mariæ coniunge
mur: ut mens noſtra ambroſia nectareq; alatur. Illa enim paulatim in dei co-
gnitionem aſcendimus: in qua qui ſummum bonum conſiſtere ignorat: cum
ſe ſuamq; originem ignorare facile crediderim. Nam cum uitæ noſtræ quæ tur
bulentiſſimo mari ſimillima eſt uarios æſtus procellaſq; conſidero: difficilli-
mum puto ſummum attingere niſi in eam quam dixi ueri cognitionem uelu
ti in tranquilliſſimum portum confugiamus. Q uod & ſi omnium philoſo-
phorum qui quidem illo nomine digni ſunt grauiſſimis ſententiis decantatum
ſit: duorum tamen ſapientiſſimorum uatum Homeri atq; Maronis pulcherri
mis figmentis ita acriter intuentibus depictum eſt: ut uehementer me uel hac
præcipue cauſa eorum lectio delectet. Q uid enim alter per Vlyxem: per æne
am alter nobis oſtendere uoluit: niſi ſummum hominis bonum. neq; ſolum
id oſtendere: ſed uiam quoq; certiſſimam quæ ſine aliquo errore ad illud du-
cat demonſtrare uoluerunt. Sed quid agimus? obliti ne ſumus nos in hæc lo-
ca non tam diſputationis quam ualitudinis cauſa ueniſſe. Nobis igitur quan-
do ſatis iam acquieuimus / ſurgendum cenſeo: atq; non ea qua uenimus: ſed
per hunc propinquum collem maiori quidem flexu ſed minus cliuoſo ad cel-
lulas deſcendendum. Imo uero inquit Laurentius: ſed hac ſi placet lege ut &
cras & reliquis diebus quibus hic erimus nobis te frui liceat. Et quoniam de
utroq; uitæ genere non modo eleganter & copioſe: uerum etiam diſtincte & acu
te a te diſputatum eſt: perges quæſo & quod paulo ante de Marone dicebas: ita
nos docebis ut iugi ſerie: & perpetuo tenore rem proſequaris. Atq; ut intelligas
quid uelim: uidi nonnullos qui diuerſos in hoc poeta locos ad huiuſcemodi ſen
tentiam interpretentur. Sed cum quæ intermedia relinquuntur eodem traducere
nequeant in iis quæ traduxerant / fidem non aſſequuntur. Tu uero tua ſapientia:
tuoq; ut ex multis audio in hoc poeta interpretando ingenio ſingulari continua-
tum diſputationis curſum a carcere ad calcem ſine ulla offenſione conficies. Nam
& ſi nullum doctrinæ genus ſit: cuius tu locos omnes doctiſſimorum horum uiro
rum teſtimonio: enucleate / diſerte / docte / ac ſapienter explicare non poſſis: quid ta
men aut diſputationi nuper a te habitæ coniunctius: aut horum omnium: qui te
unum ex omnis colunt: atq; obſeruant auribus: mentibuſq; iocundius: aut quo-
niam id te tua in me beniuolentia cupere uehementer noui / meis meiq; fratris ſtu
diis aptius eſſe poteſt: quam cum de utroq; uiuẽdi genere diſputaueris: nunc quæ

tanti uiri de eadem te ſententia ſit ex ſui æneæ erroribus atq; italica perfectione nobis oſtendere: Quæ cum LAVRENTIVS dixiſſet: noſq; uerbis uultuq; illius petitioni pro uiribus faueremus/ Quam longe ſecus ac conſtitueram mihi accidit inquit BAPTISTA/ cui cum per ſummum ocium ruſticaturum ueniſſem/ ea enodanda proponantur: quæ ex intimis ſint philoſophiæ locis eruenda: Sed nox (ut eſt in prouerbio) rectiſſime nobis conſulet. Nunc autem aut eo quo dixi itinere: aut alio ſi quod commodius Mariotto uidetur ad cellulas redeamus. Imo iſto potius inquit Mariottus/ & ſimul præcedens lepido uarioq; ſermone/ quem in uia pro uehiculo eſſe dicunt nos reduxit.

CHRISTOPHORI LANDINI FLORENTINI AD ILLVSTREM FEDERICVM PRINCIPEM VRBINATVM. DISPVTATIONVM CAMALDVLENSIVM LIBER SECVNDVS. DE SVMMO BONO.

NON omnino iniuria multi de humanæ conditionis imbecillitate quæri uidentur illuſtriſſime Federice/ Cum ita nos natura produxerit: ut rerum cognoſcendarum cupiditatem quidem magnam ingenuerit: facultatem autem quod cupimus aſſequeremur paucis/ qui excellentiori ingenio ſunt fortaſſe mediocrem: reliquis autem hominibus nullam prorſus indiderit. Non enim (ut ipſi aiunt) tanquã beniuola indulgenſq; mater: quæcunq; illa poſſit ea in nos liberaliter benigneq; effudit: ſed ueluti iniqua inuidaq; nouerca cum id quod ſũmopere delectaret oſtendiſſet: noſq; uana ſpe ad id uehementer incẽdiſſet: ita deinde totius uiæ ignaros deſtituit: ut errorum tenebris uagantes nullam certam uiam quæ nos deducat dinoſcamus. Nam cum mens noſtra corporea mole a principio opinatur & ipſa hyle: qua nihil deterius eſt immerſa ueluti temulenta efficiatur: Euenit ut illa profundo ſomno ſepulta diu nihil præter ſenſus: qui a corpore ſunt nobis uigeant. Ratio autem non niſi ſero excitetur: & eo quidem tempore quo iam appetitus qui a ſenſibus eſt imperium totius uitæ: quod non ſibi: ſed rationi debebatur ueluti crudeliſſimus tyrannus occupauerit. Itaq; poſt diuturnũ exilium tandem in ſuum regnum rediẽs ratio a paucis ſuorum agnoſcitur: a paucioribus recipitur: ut uel ipſum regnum nullo pacto recuperet: uel precario ſibi iure regnandum ſit. Peſſima enim conſuetudine deprauatus animus: & falſis opinionibus imbutus: quippe quem antea ſenſus occuparint quam ipſe rationis lumen intueri potuerit non niſi ægre uel ad rectum redire: uel uerum proſpicere poteſt: Quod ſi ueritatem ipſam ſi non aperta in luce in maligna ſaltem & per incertam (ut eſt apud Maronẽ) lunam uix tandem ueluti ſuæ ſalutis portum proſpexerit: uariis tamen perturbationum fluctibus iactatus a refluentibus undis ita in altum reiicitur: ut quem iam cepiſſe putabat eum e conſpectu penitus amiſerit: Ad quas quidem difficultates accedit ipſius uitæ breuitas incommodum: (ut illi idẽ dicunt) non mediocre. Nam cum ueritatem in occulto/ ut dicebat Democritus/ natura addiderit: proptereaq; ipſam tam profundis tenebris obrutam non niſi multis laboribus: ac diuturno tempore eruere/ & in lucem

educere poſſimus/antea in ipſo curſu extinguimur/ quam calcem contingere li-
cuerit. Quæ quidem cum dicunt multos reperiunt: qui illis aſſentiantur. Quiſ-
qꝫ enim impie naturam accuſare quã ſuã deſidiã ingenue fateri mauult. Sed lon
ge aliter eſſe præclariſſimorũ uirorũ excellentiſſima ingenia manifeſto coarguunt:
Qui cũ nec alia conditione quã reliqui mortales nati: nec alio figmento cõpoſi-
ti ſint: ſua tamen induſtria multiſqꝫ ſudoribus: ac uigiliis eo euaſerunt quo qui
aſpirant iure beati habeantur. Sed ut plurimos nunc miſſos faciã qui & noſtra
ætate: & ſuperioribus ſæculis aut agendo: aut contẽplando proxime ad diuinita-
tem acceſſiſſe uidentur: non ne tu Illuſtriſſime Federice ſummo nobis exemplo
eſſe potes. Cuius quidem res præclariſſime geſtas ſiquis memoria repetat: nullum
putabit tibi ad litterarum ſtudium tempus ſuperfuiſſe. Rurſus autem cum qua
doctrina præditus ſis conſideremus: & quam diuturnam: quãqꝫ aſſiduam operã
illi rei impenderis/quis non obſtupeſcat in maximos bellorũ tumultus: atqꝫ hor-
rendos armorum ſtrepitus muſas uenire eſſe auſas. Legimus multos duces apud
priſcos litteratiſſimos fuiſſe. Verum illa temporum potius quã hominum laus pu
tanda eſt: quippe quibus id neſcire turpe fuiſſet: & in quo cæteri fere omnes excel
lerent. Noſtra uero tempora qui in re militari præſtarent: non paucos produxe-
runt: ex quibus omnibus non nullos litteris tinctos fortaſſe inuenias: ſed quem
uere litteratum dicere poſſis: ego adhuc præter te cognoui neminem: Quapro-
pter eo gloria tua illuſtrior eſt habenda: qui non iis artibus contentus: quæ tamen
ipſæ per ſe in maximo ſemper honore fuerunt: ſtatuiſti non Martem ſolũ tibi ſe-
quendum: in quo omnia armorum ſonitu & tubarũ clangore obſtrepunt. Sed
Palladem præcæteris colendã propoſuiſti: quæ non ſolum rei bellicæ/ ſed totius
etiam ſapientiæ dea habetur. Cuius quidẽ auxilio cũ in difficillimis temporibus:
ac dubiis rebus ueluti alter Vlyxes inſtructus conſilio nunquã egueris: eas etiam
in maximis: ac pene infinitis tuis occupationibus eadem illa duce doctrinas aſſecu
tus es: quas multi in ſummo ocio/ac rerum omniũ affluentia uix deguſtare po-
tuerint. quando enim aut hoſtilis error: aut tuorum militum auribus undiqꝫ cir-
cũſonans clamor tuam ita mentem unquam auertere potuerunt: ut dies integer ti-
bi uacuus tranſierit: in quo aut ipſe aliquid non legeris: aut alium legentem diſpu
tantemue non attentiſſime audieris? Quapropter minime miremur ſi ſummo
ſemper apud te in honore eruditi homines fuerint. Quot enim & domi ha-
bes/quos & tuis opibus ſemper fouiſti/& multa dignitate honeſtatos reddidi-
ſti: & quot per uniuerſam Italiam / aut egentes tua mirifica liberalitate ſubleua
ſti/ aut quãuis ſuo ſe patrimonio facile ſubſtentent: conuenientibus tamen eo
rum doctrinæ præmiis affeciſti. quamobrem dicam equidem non a deo ut alio
rum principum laudibus quicquam ſubtraham: ſed ut tuis erga muſas ingenti
bus meritis ſi non quas debeo: quas tamen poſſum gratias agam/ſolus ex omni
bus quos quidem noſtra tempeſtate audierim principibus: ſolus inquam Fede-
ricus eſt: qui & calamitoſis iiſdemqꝫ litteratis uiris ſalutaris: portus unicumqꝫ pro
fugium ſit/& maiori in fortuna conſtitutis decus: ornamentumqꝫ afferat. Quã
ob rem quanto multi te principes finium: atqꝫ imperii magnitudine ſuperant. Tã
to maioribus ſemper laudibus græcæ latinæ florentinæqꝫ muſæ tuum per futura

ſæcula nomen ad cælum tollent:quando quidem a cæterorum aulis excluſæ tam
liberali apud te hoſpitio ſuſcipiantur.Immo non amplius hoſpites ſed ciuitate iã
donatæ in exornatiſſimo atq; omnium uoluminum genere refertiſſimo ſacello
collocatæ ſint.Tu enim & ſi tu ſalubrem/& forma amplã atq; inſignem : & libro-
rum copia nobiliſſimam bibliothecam Palladi Apollini nouemq; muſis dedica-
ſti/ut nihilo iam minus tuo tibi tam inſigni/tam honorifico/tam utili munere ci
uitas debeat/quam olim aut Piſiſtrato Athenæ/aut Ptolomæo cui cognomen phi
ladelpho fuit ægyptia alexandria/aut.L.lucullo.C.Cæſari/Aſinio deniq; Pollioni
Roma debuit : Quos omnes uariis omnium generum uoluminibus refertiſſi-
mas bibliothecas inſtituiſſe memoriæ proditum eſt. & profecto quod inſtrumen
tum/quam ſupellectilem : quos deniq; theſauros ſibi potius is uir comparabit
qui principis ſanctiſſimo nomine dignus ſit:quam illos qui ſoli optimum nobis
uiaticum ſint quo ad ſummum bonum peruenire poſſimus. Inde enim ambro
ſia:Inde nectar comparatur.quibus beata uita ſumma cum uoluptate ali poſſit.
Verum cum ex omni tuorum librorum infinito pene numero eos hoc tempore
te auidiſſime lectitare audiam:qui bonorum malorumq; fines continent/meas
quoq; eadem de re lucubrationes tibi notas eſſe cupio/non ueluti eas in quibus
quicquam hactenus incognitum nunc demum noſſe poſſis:non ſum enim adeo
impudens ut ſus Mineruam (ut aiunt græci) erudire tentem.Sed maximi mihi be
neficii loco exiſtimabo/ſi inter tot doctiſſimorum uirorum monumenta libro no
ſtro uel in poſtremis aſſidere liceat.Quamobrem quemadmodum primi diei ſer
monem a BAPTISTA habitum ſuperiore libro deſcripſimus/ita & hanc quam
poſtridie eius diei diſputationem diuiniſſimus ille uir habuit huic ſecundo libro
mandatam tuo nomine & bello inuictiſſime & muſarum unice protector Federi-
ce dicauimus : Vix igitur bene illuxerat ſequenti die:cum ad ſacra accerſimur :
Hæc enim iccirco matutino tempore peragẽda curauerat Mariottus hoſpes omni
liberalitate atq; comitate iocundiſſimus:ut maius ad BAPTISTAM audiendum
diei ſpatium nobis relinqueretur. Peractis igitur ſacris ita nos circũducit ut mul-
taq; natura eorum locorum ad ſummam uoluptatem produxit/ multa etiam in
quibus priſcorum uirorum ſanctitatis ac uitæ auſteritatis monimenta exiſtunt/ſe
ſe nobis paſſim offerent. Fuitq; cum oculorum ex regionis amœnitate : tum men
tis:atq; animi exantiquæ religionis ueſtigiis tanta uoluptas:ut prius ad fontem
uentum ſit : quam a limine pedem protuliſſe animaduerteremus : Atq; inde cum
conſediſſemus:eſſentq; omnium ora cum ſummo ſilentio in BAPTISTAM con
uerſa poſci me aduerto inquit ille.Sed uide LAVRENTI quam tibi me libera-
lem nox reddiderit. Non enim id ſolum quod tibi ex promiſſis debeo diſſoluere
in animo eſt.Sed habeo quod præterea gratis impendere uelim. Tu profecto id
petiſti quod quidem & ſcitu libero ſit homine dignum:& auditu tum iocũdum:
tum ad multa minime inutile:Verum poſtquam ad hunc iam locum producta
diſputatio eſt/non erit extra negocium / antequã rem attingo ſeorſum:neq; tamẽ
pluribus quã neceſſitas exigat de bonorũ malorũq; finibus diſputare. Dices quid
in externo ſermone idem pene:ſed alia quadam rõne:tunc enim quæ uia potiſſi
mũ nos cõmodius duceret q̃rebatur:nũc uero q̃d illud ſit quo duci optamus inue

ſtigandã cenſeo quapropter ſi omnium pene philoſophorum ea de re ſententias explicauerimus: atq; ad illas plurima quæ chriſtianorũ ſunt addiderimus / ſpero fore: ut iis perſpectis: atq; perceptis faciliora omnino futura ſint quæ in Marone inquirimus. Hic cum hominis conſilium uehementer omnes approbaremus: noſq; ad audiendum apparatiſſimos oſtenderemus: illũ huiuſcemodi principio uſum memini. Cum ex iis quæ externa die a nobis diſputabantur manifeſtum ſit hominem neq; ad inertiſſimum ocium: neq; ad deſidem uoluptatem caſu natum: ſed aut ad maximarum diuinarumq; rerum cognitionem: aut ad præclariſſimas quaſdam & humano generi ſalutares actiones ab immortali deo productum eſſe: apprime utilis ea mihi diſputatio uideri ſolet in qua quis finis ſit: quid extremum: quid ultimum: quo ſint omnia & recte uiuendi & uere ſentiendi conſilia referenda optime explicatur. Q ua quidem de re cum non mediocrem fuiſſe inter priſcos ſcriptores controuerſiam uideamus / non dubito futurum / ſi ſingulorum ſententiæ in medium cõgerantur / atq; inter ſe comparentur: quin mediocri etiam ingenio: ac doctrina præditis uiris facile ſit quæ ex omnibus aut ueriſſima aut ueriſimillima exiſtat inde excerpere. Illi igitur non ſolum de nomine conuenerunt: nullo enim repugnante ſummum bonum nominarunt: uerum id quoq; ipſum huiuſcemodi eſſe ſenſerunt: ut propter ſe ſolum reliqua uero omnia propter illud expetenda affirmarent. Cum uero quid potiſſimum id ſit exquirerent: tunc tãta inter eos diſſenſio exorta eſt tamq; acerrimum certamen excitatum: ut non ueri inueniendi / ſed eius quod ſemel arripuerint mordicus retinendi cupidi uideantur. Q ua ex re cum uniuerſa hæc philoſophiæ pars quæ de uita & moribus eſt ab uno Socrate tanquam e ſuo fonte manarit: diuerſitate tamen ſententiarum & hominum contentionum, id quod unum eſſe oportuit in plurimas partes ſciſſum ac deriuatum uidemus. Nam cum innocentiſſimus ille uir & acerrima ingenii acie ad eligendum: & firma quadam animi cõſtantia in eo quod iam elegiſſet perſeuerandum idem ſemper ſequeretur: mira tamen ironia de omnibus rebus in utranq; partem diſputans cum non idem ſemper ſentire uideretur: ſed in diuerſis locis diuerſa proferre putaretur: tribuit ueluti anſas quaſdam iis qui hominis doctrina delectati ſunt / ut quiſq; id tanquam ab eo defenſum potiſſimum ſequeretur quod eſſet ingenio naturæq; ſuæ maxime conſentaneum. Q uæ quidem ratio eſt ut totidem apud græcos philoſophorum familias atq; ſectas uideamus: quot extant de bonorum & malorum finibus opiniones. Nam ſi. M. Varroni iidemq;. M. Ciceroni grauiſſimis auctoribus credimus, nullam philoſophiæ ſectam dicendam putabimus: quæ & ſi in reliquis a cæteris diſtet de bonorum tamen & malorum finibus idem ſentiat: quando quidem nulla ſit homini philoſophandi cauſa: niſi ut beatus ſit: nec beatus eſſe poſſit: niſi bonorum fine percepto: atq; acquiſito. Q uæ igitur nullum bonorum finem ſectatur: nulla ſecta dicenda eſt. Sed redeo ad antiquos quorum alii adeo hebeti demiſſoq; ingenio fuerunt: ut quãuis ex animo corporeq; conſtemus / humanæ tamen mentis diuinitatem ſua mẽte conſequi non potuerint. Itaq; nihil aliud aduertentes præter corpus: & qui a corpore pendent ſenſus: idq; tantummodo ſe eſſe putantes in iis quæ hæc ſpe-

dant ſummum bonum poſuerunt. Itaqꝫ cum ea uoluptas: quæ ſenſus demulcet ſummopere omne animans ad ſe appetendam commoueat: multos habuit aſtipulatores qui illi principatum demandarent. Quorum omniũ princeps profertur Ariſtippus. Hic igitur cyrenis in libya natus: & athenis apud ſocratem eruditus cum tamen uoluptati omnia tribueret: animaduerteret autem multa incidere tempora in quibus nulla poſſint homines frui uoluptate: ne fortaſſe ut ex affluentia rerum uoluptatem percipiebat: ita ex carentia in moleſtiam incideret: mirifice animum inſtituit ut & præſentibus frui. & abſentes contemnere facile poſſet. Quapropter primus ſocraticorum mercede philoſophatus eſt: & Dionyſii tyranni aulam accuratiſſime coluit: ut ſibi ad omne uoluptatum genus comparandum opes commode acquireret. Contemni autem aut iacturam facere æquiſſimo animo ſubſtinuit: adeo ut miranti amico quod ſe a Dionyſio conſputum tam modice ferret: an propterea piſcatores reſpondit/ut gobium ignobilem piſciculum captent multa unda obrui patientur: ego ut bleno ueſcar excreatus aſperſionem non perferam. Prætereo multa quæ per ſummam indignitatem ſponte ſubiit: ne eã qua ſola beatum ſe putabat uoluptatem amitteret. Quapropter non iniuria regium meum canem a Diogene appellatum uidemus. Eiuſdem opinionis Eudoxum gnidium fuiſſe Ariſtotelis filius Nicomachus tradidit uirum alioquin egregium/& mathematicis ac medicina inſignem/& legum latorem minime imprudentem. Idem ſenſit & Dionyſius heracleotes. Hic cum a Zenone citiæo ſtoicorum principe fortiuſculus eſſe didiciſſet: atqꝫ ex illius ore uirtutum ut ſolum bonum coleret: uitium autem ueluti unicum malum exhorreſceret: tandem in morbum oculorum incidens dolori ſuccubuit: porticumqꝫ deſerens ad cyrenaicos defecit: ut nihil de iis quæ ad uoluptatem pertinerent in oculis etiam omnium agere uereretur: Quin & librum de uoluptate in quo illam ut ſummum bonum commendat/accuratiſſime ſcripſit. De Epicuro uero athenienſi quo nullum in uoluptate defendenda acriorem patronum fuiſſe credunt/quid dicam neſcio: Nam in ſuis ſcriptis ratis opinionibus cum de ſummo bono loquitur: nihil ſe habere affirmat: quo quidem bonum intelligat: ſi quæ aut ex ſaporibus aut uenerea re uoluptates proueniunt: & quæ ex formæ uenuſtate blandiuntur/ab eo auferantur. In epiſtola autem ad Hermacum tanti uirtutem facit: ut in maximis corporis cruciatibus: in quibus ipſe ſummum malum ponit ſe beatiſſimum tamen & conſcientia recte factorum audeat dicere. Aliquando autem de uoluptate ita loquitur: ut animi potius uoluptatem quam eam quæ a ſenſibus eſt intelligere uideatur. Non nunquam non uoluptatem ſed indolentiam in bonis ponit. Si autem ad uitam & mores hominis reſpicias: plurima inuenies ſumma laude proſequenda. Quin ſi de deo recta ſenſiſſet: nihil reperias in ſuis actionibus: quod non poſſet iure laudari. Nihil enim unquam nec ipſe fecit: nec aliis ut facerent perſuaſit: quod ab iuſtitia æquitateue abſit. Nullis doloribus nullis cruciatibus a ſummo conſtantiæ gradu deiici potuit. Tanta autem fides: tanta in homine charitas: ut etiam defunctorum amicorum liberos & ipſe ingenue aleret/atqꝫ erudiret: & moriens aliis erudiendos alendoſqꝫ teſtamento caueret. Nam in iis quas tempore extollit uoluptatibus quam continens ac potius

temperatus fuerit: facile eſt cognoſcere: cum raro uinum biberet: raro ad panem quicquam præter caſei fruſtulum adderet. Quapropter haud ſenſiſſe cum reliquorum hominum turba uidetur: plæriq; enim mortalium etiam cum turpiſſime uiuant: uultu tamen ac uerbis ſummam præ ſe continentiam ac ſeueritatem præferunt. Nam ut eſt apud ſatyrum quis uicus triſtibus obſcœnis non abundat. Hic autem cum ea dicat: quæ ne aſotæ quidem ſine rubore proferunt: in uita tamen & moribus ne Socrati quidem concedit. Verum de epicuro hactenus. Hieronymus autem Rhodius uir ſane doctus & ſuauis/ſed qui peripatheticorum quorum in ſinu enutritus eſt grauitatem ſeruare non potuerit: nō uoluptatem ſed doloris uacuitatem ſummum bonum exiſtimauit ſecutus/ ut multi credunt: Periandri corinthiorum tyranni auctoritatem: quem huiuſcemodi opinionis principem extitiſſe uolunt. Verum idem ſenſit Leucippus abderites: idem & Theodorus: quem quia deos eſſe negaret. Atheon cognominarunt. Nam de Democrito omnes doctiores maius quiddam ſuſpicantur. Cum enim præſtanti uir ingenio Euthimian ſummum bonum eſſe dicat non uacuitatem ſolam ponit eorum dolorum qui in corpore ſunt: Sed rectum quietumq; animi ſtatum/quem amotio omnium perturbationum gignit. Quapropter credo idem ab hoc philoſopho Euthimian appellari: Quod noſtri in ſacris litteris pacem appellant. In qua ſummum bonum hebræus poeta collocat. Ait enim Lauda hieruſalem dominum lauda deum tuum ſyon: Quia confortauit ſeras portarum tuarum: benedixit filios tuos in te. Quia poſuit fines tuos pacem. Nam corroboratis ſeris portarum neq; exibit ab eo quiſquam neq; ingredietur. Quod quidem perinde eſt ac ſi dicat nulla re neq; externa neq; interna appetitum præter rationem commouente erit ſumma in animo tranquillitas: quod ſi dum uiuimus ſummum bonum dicamus/ nunquam aberrabimus. Sed de hoc paulo poſt. Nos autem & qui in uoluptate: & qui in indolentia bonorum fines eſſe cenſuerunt: breuiter ni fallor oſtendimus. Præter hos autem uideo fuiſſe qui neutrum horum ſeorſum: ſed utrunq; coniunctum uitam beatam conficere crediderint: quibus ego libentius Epicurum annumerauerim quam iis qui ſoli uoluptati adhærent. Fuerunt itidem qui ne coniuncta quidem hæc id quod quærimus præſtare poſſe arbitrarentur. Sed omnia quæ prima naturæ appellant ad rem tantam perficiendam acceſſenda eſſe iudicarent: In quibus quāuis plæriq; uoluptatem enumerent / & doloris uacuitatem: tamen longe plura ſunt quæ tum in animo: tum in corpore prima naturæ dicantur: Verum de iis paulo poſt magis commodo loco diſtinctius uberiuſq; diſputabitur. Horum igitur omnium opiniōes ſi recte penſitabis uidebis illos nihil ſenſiſſe quidem quod egregium haberi poſſit: nec mentem a ſenſibus ſeuocare: nec quiſquam ſupra ſenſus intelligere potuiſſe: quos quidem ſine iniuria poſſumus rectiſſime contemnere. Quis enim eum philoſophum non irriſerit qui ſummum hominis bonum inueſtigans / id in ea re ſe deprehendiſſe opinetur: quæ aut in nullam hominis partem ueniat: aut minima deterrimaq; ſit hominis pars: ut iam non philoſophus: ſed philoſarchus iure appellari poſſe uideatur. Quem quidem errorem deprehendentes ii in quibus & grauitas

animi & acumen ingenii excellens fuit/ita diuinitatem mentis admirati ſunt : ut
nihil præter illam ad hominem pertinere exiſtimarent. Q uapropter in ſpeculatio
ne diuinarum humanarumq; rerum & in naruræ arcanis eruendi ultimum illud:
cuius gratia reliqua omnia agendo ſint poſuerunt : Cuius quidem ſententiæ Tha
letem mileſium unum ex ſeptem ſapientibus ac Biantem prieneum eodem in nu-
mero habitum principes fuiſſe dicunt. Addunt & Anaxagoram clazomenium/&
Euclidem ſocraticum : Q uibus ſi Ariſtotelem enumeremus : non uidebimur eo
rum neſcii eſſe quæ ille in ſuo decimo de moribus libro refert. Verum cum ab hoc
uiro omnis peripatheticorum familia originem ducat : nos quæ illius ſectæ ſenten
tia propria ſit : haud multo poſt explicabimus. Extitit præterea aliud philoſophan
tium genus : qui ꝙuis huiuſcemodi ſpeculationi non omnino hæreant : in uita ta
men degenda atq; in agendis rebus adeo ſolam uirtutem amplectantur : ut præter
illam nihil audeant bonum dicere/neq; malum præter uitium. Primos autem qui
hoc apud græcos ſenſerint/fuiſſe legimus Pittachum mitylenæum : Minedemum
lampſacenum & Bionem boryſtenem. Sed & ſocratici & pythagorici idem affir-
mare uidentur. Verum qui totam rem plurimis grauiſſimiſq; argumentationibus
conſtabilirent : ſtoicos proferre poſſumus philoſophos uere maſculos & in qui-
bus id in omni periculorum genere animi robur : eam aduerſus omnes uolupta-
tes temperantiam deprætendas : ut nullis fortunæ inſidiis de ſummæ tranquillita
tis gradu deiici poſſe uideantur : quibus ſi etiam Cynicos adiungas/uere id facere
poſſis. Eadem enim ſententia/idem animi rigor/ut remoto habitu eoſdem pene
eſſe cenſeas. Vides igitur quid ſtoici uirtuti tribuant : peripathetici uero ac ueteres
academici ſummi boni originem a natura repetendam putauerunt. Cum enim
omnia quæcũq; natura produxit/tum demum bene beateq; uiuant : ſi conuenien
ter(ut ita loquar)conſentaneæq; natutæ ſuæ uiuant/negant poſſe ultimum homi
nis finem cognoſci illius natura ignorata. M. igitur Varro quem uirum magnitu-
dine ac uarietate doctrinæ maximis græcorum hominibus conferẽdum nemo do-
ctus unq̃ dubitauit/ita de finibus inueſtigat : ut quoniam ſummum hominis bo-
num quærendum ſit primo quærendum cenſeat quid hoc ſit quem hominem ap
pellamus an ex animo & corpore conſtet in quo cum longe præſtantius animus ſit
q̃ corpus/facile dubitari poſſit ſit ne animus ſolus homo : corpus autem nulla ſit
hominis pars. Verum illi aſſit ut equiti equus. Eques enim non ea ratione dicitur
ut ex homine atq; equo conſtet : ſed homo ſolum cum ſit tamen quia aliquid ſibi
cum equo eſt/eques dicitur. An corpus ſolum ſit homo/ita tamen ut aliquo mo-
do ſe habeat ad animam/eadem ratione qua ad potionem ſe habet poculum. Non
enim patera & potio quam patera continet ſimul dicitur poculum/ſed patera ſola:
quæ tamen eo nomine nunq̃ appellaretur: niſi continendæ potioni idonea erunt.
poſtremo cum neutrum horum placeat : nec aut ſolum corpus : aut ſolum animũ
eſſe hominem putet/inueſtigat ſit ne utrunq; ſimul dicendum homo ueluti bigas
dicimus non hunc aut illum equum/ſed ambo ſimul ad iugum iunctos. Cui tan
dem ſententiæ cum penitus hæreat tantus uir ipſum ſummum bonum quo beati
futuri ſumus ex animi ſimul corporiſq; bonis conſtare putat : Huiuſcemodi igi-
tur ratione perſuaſus prima naturæ propter ſe expetenda duxit. Omne enim ani-

mal quoniam ſibi ipſi a natura ſummopere commendatum eſt: id omni adhibita cura agit ut ſe conſeruet. Hunc enim primum optima parens illi iniecit appetitum ut ſe ſaluum eſſe uelit: & ita affectum ut optime ſecundum naturam ſuam poſſit eſſe affectum. Quapropter diligit incolumitatem ſuam/diligit conſeruationem omnium partium ualitudinem: integritatem ſenſuum: dolorum omnium amotionem: uires itidem ac pulchritudinem: ac poſtremo reliqua eiuſdem generis: quæ omnia prima naturæ in corpore appellant. diligit itidem quæ in animo iis ſimilia ſunt igniculos quoſdam/& ſemina uirtutum docilitatem memoriam: quæ duo uno ingenii nomine appellantur: Ipſam autem uirtutem quam doctrina inſerit: quamque uiuendi artem appellare conſueuerunt & ſi excellentiſſimum omnium quæ in animo ſunt bonorum exiſtat/non niſi ſero cognoſcimus. Quapropter eum iure beatum appellat Plato cui uel in ſenectute contigerit/ut ſapientiam ueraſque opiniones aſſequatur: Itaque cum huiuſcemodi uirtus quæ uitæ degendæ ars eſt acceperit prima naturæ: quæ quidem cum doctrina aberat/aderant omnia/ illa propter ſe appetit: ut illis omnibus delectetur ac perfruatur his magis: illis autem minus: ut quæque maiora minora ue ſint. Gaudet igitur omnibus ea tamen conſilio: ut ſi id neceſſitas exigat minora quædam/quo maiora aut acquirat: aut iam acquiſita conſeruet facile poſſit contemnere. Reliquorum igitur bonorum ſiue animi ſint ſiue corporis/nihil ſibi præponit uirtus. Quippe quæ dux aut impatrix ſapientiſſima & ſe & reliquis illis quæ beatum hominem faciant / rectiſſime uti ſciat. Quod ſi illa uitæ imperium relinquat: neque ſibi pareant cætera intereant illa neceſſe eſt: neque male utenti bona ullo pacto eſſe poterunt. conſtabit igitur uita beata ex uirtute primum/ac præterea ex iis animi corporiſque bonis ſine quibus uirtus nulla ratione eſſe poſſit: Si autem ad hæc quæ dixi bona pleraque ex iis accedent: quæ & ſi abſit uirtutem tamen non auferunt efficietur ex beata beatior. Sin poſtremo nō pleraque ut modo dicebam/ſed omnia acceſſerint: quid uetabit huiuſcemodi uitam omnium bonorum accumulatiōe beatiſſimam appellari? Quæ autem bona ſint ſine quibus uirtus ſubſiſtere non poſſit: Quæ rurſus: quæ ſua abſentia illam remouere non ualeant/facile eſt cognoſcere. Integritas enim ſenſuum memoria & ratio huiuſcemodi ſunt/ut ſine illis uirtus eſſe non poſſit. His enim doctrinam aſſequimur: ſine qua non percipitur uirtus. Velocitas uero robur pulchritudo nobilitas & quæ iis ſimilia ſunt ſeorſum a uirtute eſſe poſſunt: & tamen bona a peripatheticis putantur: quæ propter ſe ipſa diligat uirtus: & illis recte ſapiens ut illum decet fruetur. huiuſcemodi autem beatam uitam ſocialem quoque eſſe uolunt. Quapropter amicorum bona propter ſe ipſa diliget ſapiens ſicut ſua: idemque cupiet amico quod non ſibi propter ſe ipſum ſed propter illum/habebit tamen diligentem in humano genere delectum/ut quo loco patria/quo liberi/quo parentes/ quo agnati/quo reliqui neceſſarii/quo ciues/quo poſtremo cæteri mortales ſuo ordine habendi ſint quouſque uniuerſum genus hominum complectatur: ipſe optime teneat. perſtrinxi ut puto uniuerſam peripatheticorum de ſummo bono ſententiam. Qua quidem in re ſi breuior q̄ uelles tibi uiſus ſum: nullam tu in eo iacturam factam putato. Habes enim hos Acciaiolos: Habes Alamannum: hoſque reliquos: qui qua doctrina atque eloquentia ſunt: grauiter ſimul & copioſe hæc omnia

cum uoles/diſputare poſſint. Atq; utinam Oliuerius noſter Arduinus adeſſet: quē
ego uirum in omni philoſophia tanti facio: ut inter ariſtotelicos honorificentiſſi-
mum locum mea ſententia teneat. Eſt ut dicis inquit Donatus uir ille multa doctri-
na inſignis: & qui ſi per ſuas ſibi occupationes licuiſſet LAVRENTIO in huiuſ-
cemodi ruſticationes comes non defuiſſet. De nobis autem cum tam honorifice lo
quaris uere ne an nimis potius amice iſtud facias alii uiderint. A te tamen tanto ui-
ro tam inſigne laudari minime aſpernamur. Nam & ſi uirtutem ipſam propter ſe
nullo etiam propoſito præmio expetendam ſemper duxerimus: non dum tamen
ut uera fatear/tantum profecimus/ut ſi gloriola quædam illam ueluti umbra cor-
pus ſubſequatur: eam fugere ualeamus. Verum illud admiror cur dum nomina
tim nos ariſtotelicis annumeras: Ficinium ſilentio præterieris. hic BAPTISTA cū
Marſilium ſubridens aſpexiſſet. Q uid aliud cenſes inquit o Donate niſi me inui-
dia ne hoc facerem impediri? Nam & ſi hæc quoq; quæ e lycii fonte fluxerunt il-
lum abunde hauſiſſe non dubitem: tamen cum eorum enygmatum quæ ex acade
miæ oraculo ſoluenda ſunt: illum ueriſſimum interpretem omnes fateamur/pu-
tas ne a me extorqueri poſſe: ut utrunq; illi concedam? Hic Alamannus iocaris
inquit BAPTISTA: & tuæ diſputationis grauitatem more tuo nonnullis ſalibus
reſpergere uoluiſti. Verum ut ſerio ego loquar/utinam cæteri ea qua tu inuidia la-
borarent. Non enim eam liuide quotidie excitarentur inter homines litteratos
æmulationes. Q uin mutua ſe beniuolentia complectens: quiſq; quæ in alio bo-
na conſpiceret: ea ſine fraude extolleret: ſi quid autem eſſet quo offenderetur: id
omne amice ſupprimeret. Hunc autem nonnullorum ſiue crudelitatem ſiue ſtul
titiam ſiue utrūq; dicere libeat: ſatis admirari nequeo/qui eam quæ hominis pro-
pria eſt naturam exuentes/tantum ſibi laudis accedere putant: quantum obtrectā
do aliis detraxerint: ſuamq; aliis tum demum doctrinam probare poſſe confidūt:
cum reliquorum inſcitiam arguerint. Q uorum quidem efferata ingenia ueluti
naturæ portenta exhorreſco. Solent enim litteræ niſi immanem quandam bellu-
am natæ fuerint: idem homini præſtare quod aquam aiunt lupinis. Nam ut illi
macerati amarorem omnem deponunt: & ſuauiſſimos ſe guſtui præbent: ſic mens
humana non modo quicquid rudis atq; inepti: uerum etiam quicquid duri inhu
mani ue in ea reſidet: id omne litteris expolita deponit. Sed nimis fortaſſe ab eo
quod propoſitum fuerat aberrauimus. Itaq; tum iam ſi ita uidetur ad inceptum re
di. Imo pergratiſſima inquit BAPTISTA huiuſcemodi o Alamāne accidit digreſ-
ſio: Nam & ea quæ dixiſti ſummopere approbo: & uos non uerbis ſolum (ut mul
ti conſueuerunt) ſed uita quoq; & moribus philoſophari libenter agnoſco. Sed ut
quandoq; unde diſceſſeram inde ſermo repetatur ad hanc pene formulam de bo-
norum finibus peripathetici diſputare ſolent. Verum eandem quoq; opinionem
ueterum academicorum fuiſſe affirmat. M. Varro: Auctore Antiocho: quem illi
Ciceroniq; præceptorem fuiſſe legimus: quāuis Cicero illum in multis ſtoicum
potius q̄ ueterem academicum eſſe contēdat. Videtis igitur q̄ uariæ ſint de ſummo
bono ſententiæ. Verum profecto ſi naturam noſtram diligentius intueamur: & q̄
miſera conditione in hac mortali uita uerſamur conſideremus: & quid in ea boni
ueluti ſummam conſequi poſſimus: quod tamen ita totum hominem complecta-

tur/ut & corporis ſimul & animi pro utriuſq; dignitate rationem habeat/non uidentur aberraſſe qui ita uirtutem præponunt/ut reliqua quoq; ea ratione qua demonſtratum eſt adiungant. Fateamur enim neceſſe eſt/ut dum tam ſtolido tam ſtupido aſino ardens ualociſſimuſq; equus ideſt corpori animus coniunctus eſt: neutrius curam eſſe negligendam. Quapropter abſolutiſſimum omnium earum opinionum/de quibus hactenus diſputatum eſt/hanc putamus: Ex hoc igitur ueluti toto atq; integro corpore fuerunt: qui ut aliquid nouum afferre uiderentur: particulam quandam defringerent. Nam Herillus Zenonis ſtoici auditor cum ſæpe ab Ariſtotele ac Theophraſto laudatam propter ſe ſcientiam cerneret: ipſam ſolam ſummum bonum probare contendit. Ariſto uero magnificentia & ſpecie uerborum delectatus: & uirtutum amore impulſus/multa cum legiſſet quæ ab antiquis de humanis rebus contemnendis ſcripta fuiſſent/auſus eſt affirmare cum a uirtute uitioq; diſceſſum ſit: nihil præterea reſtare quod expetendum fugiendum ue ſit: ſed cum ea quæ inter uirtutem uitiumq; media ſunt ita negligat ut nullum omnino inde delectum habendum putet: omniaque exequet: & nihil inter extremam paupertatem & ſummas diuitias: nihil inter integrã ualitudinem & ſummum morbum differre cenſeat: uirtutem ipſam quam tanopere adamat funditus tollit: cuius quidem maxime proprium eſt eorum quæ ſecundum naturam ſunt delectum habere: Remouet enim ad officii inuentionem aditum. Quo quidem e uita ſublato quid inter nos ac pecudem interſit non uideo. Minutius uero Hieronymus Rhodius & a præceptore ſuo uehementer degenerans: qui cum multa in bonis naturæ annumerari uidiſſet indolentiam ſolã (ut iam diximus) ex omnibus excerpſit: cui ſummi boni principatum tribueret. liberaliuſculi Calipho & Diodorus. Nam q̃uis alter uoluptatem/alter eam quam nuper dixi doloris uacuitatem plurimi faceret: neuter tamen honeſtatem excluſit. Polemo autem primis naturæ contentus ita uirtutem neglexit ut illis ſolis ſine honeſtate uitam beatam efficipi putet. Horum igitur omnium ſententias cum animaduertimus intelligimus profecto ea eſſe ueluti membra quædam auulſa eo corpore quod peripathetici nobis integrum expreſſerant. Verum cum tot tamq; uariis horrendiſq; fortunæ caſibus obnoxii ſimus: nunq̃ uirum beatum conſtituemus niſi una uirtus aſſit in cuius ueluti munitiſſimam arcem undiq; ſæuientibus atq; irruentibus crudeliſſimis hoſtibus ſeſe recipiat. Tam atrox enim aſſiduumq; certamen eſt appetitus aduerſus rationem tam horrendæ crebræq; inſurgunt a uariis fortunæ uentis tempeſtates totq; inde perturbationes excitantur: ut niſi præſto aſſit uera quædam & quaſi diuina ſapientia: quæ remota (ut eſt apud Iuuenalem) erroris nebula uera bona dinoſcat: quid ratione aut expetere aut refugere ualebimus. Sapientia enim eſt quæ manibus cupiditatibus/iiſdemq; infinitis circunciſis uaniſq; terroribus amotis uerum ſola nouit iuſtitiamq; excitans æqua lance omnia penſat atq; diſpenſat: Imminentibus autem aut iam urgentibus periculis fortitudinem ueluti adamantinum: & infrangibile ferens ſcutum opponit: & magnanimitatis tollerantiæq; ſtimulis decoris honeſtatiſq; cauſa ad quæq; grauia ſubeunda impellit animum. Rurſus autem ne in nimias libidines ac uoluptates per nimiam laſciuiam labatur temperantiæ freno cohercet: Qua ex re fit ut ueluti firmiſſimus ſcopu-

lus in mediis undis immobilis maneat: nulliſq; æſtibus aut procellis loco moue
atur: ſic mens noſtra omnibus perturbationum fluctibus in ſua conſtantia refra
ctis ſumma in tranquillitate degat: eaq; pace non quam humana conditio dat: ſed
qua ueluti in extremis codicillis deus ſuis legauit perpetuo fruatur: & quoad im
becillitas noſtra patitur/beate uiuat: Et profecto quid homini illi nocere poterit:
qui neq; illa quæ maxima uulgus putat unq̃ admiretur: Paupertatem autem/exi
lium/morbum/orbationem liberorum: mortem deniq; ipſam uix in numero ma
lorum reponat. Quæ quidem & ſi ita ferantur: negant tamen chriſtiani poſſe ho
mines uere beatos dum in hac uita uerſamur appellari. Nam ſi ſolam uirtutem
bonum dices/nonne corpus animi ſocium & noſtri particulam ſine ullo bono re
linquis? Quod quidem ſi nihil ad nos pertinere arbitraris/facile concedam ta
men ſi in eo huiuſcemodi morbi inſurgant/ut ſenſus corrumpantur: memoriaq;
ac iudicium tollatur ubi quæſo conſiſtet uirtus: aut qua ratione acquiretur. Sin
autem commoda corporis bona dicemus/erunt incommoda mala: & illa quidem
adeo grauia accidere poterunt: ut uel ab omnibus uitæ officiis auertant/uel eo re
digant/ut uitæ mors præferenda ſit: Ergo cogent ut id nobis auferamus ſine quo
homines non ſumus: cum hæc ſit prima naturæ uox ut homo ſibi concilietur: pro
ptereaq; ſui interitum refugiat: Non erimus igitur beati dum mortali in uita pe
regrinamur: niſi ſola ſpe eius quæ futura eſt atq; immortalis uita. Vnde illud eſt
in Pauli epiſtola: ſpe enim ſalui facti ſumus. Dicunt enim deum ſummum eſſe bo
num: quod & ante Chriſtum ut hominem natum Platonem ſenſiſſe conſtat. Cu
ius quidem opinionem facile cum uoles uel iis commentariis: quos Marſilius nõ
modo grauiſſime/uerum etiam in primis perſpicue & enucleate in Platonis phile
bum conſcripſit/cognoſcere poteris: uel ſi hoc tibi diutius deberi non pateris/ipſe
defatigato mihi dum paululum reſpirem in hoc ſuccedat: ac tuæ uoluntati ſatiſfa
ciat. Ego quidem inquit LAVRENTIVS quoniam in curſu ſumus minime in
hoc ueluti ſi in ſalebris offendatur/ſubſiſti uelim. Quapropter (modo græca fide
res agatur) mea nihil intereſt a te an a Marſilio accipiendum ſit: Neuter enim aut
ſolum uertere/aut uerſuram facere in parua ſolutione rigetur: Cum utriq; ueſtrum
tantum in arca reconditum ſit: ut ne in grandiori quidem ære fides ſit fallenda:
Miror tamen cum ad hunc uſq; locum diſputationem produxeris: neq; heſterno
neq; hodierno ſermone uicarium ſupponere temptaueris: quid id ſit cur oratio
nem perpetuo filo hactenus productam/nunc interrumpi uelis: Præſertim inquit
Marſilius cum in conſpectu tot præclariſſimorum ariſtotelicorum uniuerſam illi
us familiæ ſententiam: ita ipſe enarrauerit: ut a nullo ne parte quidem tanti one
ris leuare temptauerit: Aſſunt ut dicis plures inquit Baptiſta/qui mihi in eo ope
ram optime nauare potuiſſent: & ſi nauaſſent pergratum perq; iocundum feciſ
ſent: Cur igitur inquies id non petiſti: Quia uidebam cum plures id præſtare
poſſint: dum alius in alium rem reiiceret/omnes denegaturos: Quod idem de
te minime fuit uerendum. Nam & ſi neq; his academia: neq; tibi licio interdi
ctum ſit: hos tamen ariſtotelicos/te uero platonicum appellare malo: quem cum
ſolum hic aſtantem uideam: qui obſecro ſi ſingulari certamine congrediendum
ſit mihi ita tenui ualitudine par eſſe poteris: neq; eſt quod in ætate multum repo

nas. Nam ne id facies Daretis & Entelli pugna exemplo eſſe poteſt: Quapropter dabis ſi ſapies manus/& quod tibi impoſitum eſt onus leuiuſculum tua patientia reddes: Quæ cum per iocum urbaniſſime dicta a Leone eſſent. Quin herbā porrigo inquit Marſilius/& æquiſſimo animo ſuccumbo. Nam cum temeritatis uiribus ab his omnibus qui aſſunt deprecatus fuero: & ut præceptori obtemperātem diſcipulum impudentiæ crimine liberent impetrauero/quid eſt cur dicere recuſem/cum id & cum meo quæſtu: & ſine Laurenti iactura facere poſſim: nam ſi qua forte erunt quæ a me recte exprimantur: haud paruum lucrum fecero: cum his deinceps tanq̄ indubitatis uſurus ſim: quæ a te probari ſenſero: cum id hactenus mihi parum fidens facere auſus minime ſim: Sin autem erratum quid fuerit: quid mihi maior/tum uſui/tum uoluptati eſſe poterit: quā te reducente ab errore in uiam redire: Sed ne in eo quod omnino breue futurum eſt longius q̄ par eſt exordium prætexatur: rem iam aggrediamur: Deum ut paulo ante dicebat Leo ſummum bonum putauit diuinus Plato: quem unum eſſe non ſolum dixit: ſed grauiſſimis quoq; argumentationibus edocuit: Verum hoc in præſenti diſputatione nō quæritur/Quod autem ſummum bonum ſit huiuſcemodi ni fallor ratione comprobat: id conſenſu omnium philoſophorum ſummum dicitur: quod & antea q̄ acquiratur propter ſe expetimus: & cum adepti fuerimus ita in eo quieſcitur/ut nihil præterea deſideretur: Cum autem tria ſint bonorum genera/quibus maxima hominum pars aſſentitur: uideamus diligentius quid horū hoc quod quærimus potiſſimum nobis præſtet: Nunquid ea quæ externa nuncupantur? Minime. illa enim non propter ſe ſed propter corpus expetuntur: quæcunq; enim in fortunæ temeritate uerſantur diuitiæ honores & horum ſimilia aut uoluptati aut uſui corpori ſunt quapropter utilia melius q̄ bona nuncupantur: ſed neq; quæ corporis ſunt propter ſe expetenda uidentur. Illa enim propter animum requirimus. Adde quod ne bona quidem ipſa quoq; dicenda uidentur. Nam ſi bonum dicimus quod ſuapte natura idem omnibus ſemper eſt: quo nam pacto hæc bona erunt quæ male utenti ſemper mala ſunt. Quid enim libidinoſo forma corporis? Quid prodigo diuitiæ: quid gladiatori: quid ſicario: quid latroni robur uireſq; conferunt? niſi ut ex malo peſſimus fiat. Cum enim animo iam ægrotanti ſeſe huiuſcemodi libidinum inſtrumenta obtulerint quam feneſtram ad omne nequitiæ genus pateſcere cenſes. Sed quod miſerius eſt: fac eoſdem uiros bonos & imprimis frugi nonne multi quamuis ſumma cum prudentia ac temperantia his quæ non modo bona: uerum etiam maxima bona ſtulti credunt. uterentur tamen in hominum malorum odia inuidiam crudelitatem auaritiam/impudicarum deniq; mulierum libidinem incurrentes/peſtem extremam experti ſunt: Sed hæc latius oratores proſequuntur. Nobis autem ſatis fuerit oſtendiſſe neq; in fortunæ neq; in corporis bonis id quod quærimus inueniri poſſe. Erit igitur aut in bonis animi: aut nuſquam. At ultimum abſurdum eſt: ergo primum erit uerum. Non tamen in iis bonis quæ a natura ſunt erit ultimus finis quem quærimus: quo in genere enumeramus ingenium memoriam audaciam & reliqua quæ prima naturæ Ariſtotelici nuncupant: Non enim in illis ueluti in extrema curriculi meta conſiſtimus: ſed illis ſuffulti ad

maiora quædam pergimus. Quapropter uirtutes inde acquiſitæ nobis quod quæ rimus præſtare poterunt: non tamen illæ quæ de uita & moribus dicuntur: labo rioſæ enim ſunt: & ad animos purgandos ueluti piacula quædam adhibentur: Sed eas quibus recte ſpeculamur. At dices in cognitione minorum quoq́ rerum: Nititur illa quidem nos beatos reddere: ſed tamen mentibus noſtris: qui bus nihil auidius eſt facere ſatis non ualet: quæ nunquam acquieſcunt: nunquam anxietatem inueſtigandi deponunt: niſi ſummum illud attingant bonum incorporeum ingenitum a nullo dependens a quo pendent omnia. quod cauſam origi nem fontem principiumq́ omnium rerum appellamus: cuius quidem cognitio cum obſcura/cũ inuoluta/cum ambigua/cum deniq́ ſollicitudine plena animis noſtris ſeſe offerat: dum incluſi cæco corporis carcere ſunt: negat Plato beatos nos eſſe poſſe: niſi poſtquam a terrenis uinculis ſoluti in naturam noſtram liberi redierimus. Vbi enim perſpicua rerum cognitio non ſit neq́ animi quies ibi ſum mum bonum quomodo erit. Paulatim ni fallor eo res producta eſt: ut in uno deo ſummum bonum reponendum conuincatur: Quod & ſi acrius intuentibus perſpicuum manifeſtumq́ ſit: tamen multis id ualidiſſimiſq́ argumentatio nibus probare platonici conſueuerunt: Verum cum animaduertam Baptiſtam modo qua cepit ire uia pergat/paulopoſt relictis philoſophis ad chriſtianos theo logos acceſſurum eas omnes omittam: Nam quæcunq́ ad illorum rationem de bonorum finibus explicandam adhibebit: ea omnia ab hoc uno fonte manarũt: puto enim eandem fere eſſe & platonicorum & chriſtianorum de huiuſcemodi re & ſententiam & ſententiæ approbationem: Quis enim ex græcis omnibus diuinis de diuina ui ſenſit? Quapropter cum illum thion ubiq́ cognominaue rint: Ariſtotelem non thion/ſed dæmonion: quoniam in phyſicis acutiſſime uer ſaretur uocitant. Diuus autem Auguſtinus ea potiſſimum ratione platonicos ex omnibus ſe elegiſſe dicit: quoniam quanto de deo rectius ſenſerint: tanto aliis illuſtriores habendos cenſet: Erunt igitur tum demum fœliciſſimi animi noſtri cum ab omni corporea contagione liberi ſolum deum intuebuntur: Quapropter cum in eo libro qui Phædrus inſcribitur de beata uita qua in cælis fruuntur animi loqueretur: ueritatis contemplatione nutriri illos affirmat: ex qua gaudium quoddam incredibile percipiãt/putatq́ ueluti feracem uberemq́ agrum eſſe ueritatem: eumq́ ſi bene colatur ipſam ſpeculationem tanquam fruges optimas ferre: ex iis autem duobus gaudiũ quo animi alantur aſſiduo fluere: Multi enim inquit conatus eſt ueritatis campus ubi ſit intueri. Nam conueniens animæ ci bus ex illo exiſtit: & alarum natura qua anima eleuatur/hoc alitur: Duplici enim uirtutum genere: & iis quæ in agendo: & iis quæ inueſtigando conſiſtunt/ueluti duabus alis animos noſtros ad ſuperos redire putat: quibus quidem re uerſis duo præmia reddantur/alterum ueritatis contemplationem ueluti am broſiam ſuauiſſimam: alterum omnibus ſuis numeris abſolutum gaudium/ quo ueluti nectare perfundamur. Sunt enim eius uerba eodem in libro niſi nos memoria fallit: huiuſcemodi: Cum autem redierit auriga ad præſepe ſiſtẽs/ equos obiicit ambroſiam & ſuper ipſam nectar potãdum: Vides ne auctore tanto philoſopho tum demum beatos futuros animos noſtros/cum in cælum reuer-

ſis deo frui licebit: non ita tamen frui / ut ſe ipſo ſuoq́ corpore animus fruitur: qui non modo locorum ſitu / uerum etiam eſſentia ſibi ſit coniunctus: Neq́ rurſus ueluti amico amicus fruitur: Nam quãuis in uera amicitia ſumma ac perpetua concordia uigeat: eademq́ omnino appareat uoluntas: tamen neq́ idem ſũt amici / neq́ eodem loco circũſcribuntur. Animus autem ita deo adhæret / ut quãuis non ſit eadem eſſentia: tamen nullo interuallo ab eo ſecludatur. Quapropter quemadmodum luce oculus fruitur: qua illi cuncta perſpicere liceat: & ita fruitur ut quãuis res alia quædam ſit oculus a luce: nulla tamen intercupedine ab ea ſecludatur: ita & animi noſtri deo fruuntur illi ſemper hærentes: Verum cum eodem tempore & deum uideamus: & ex huiuſcemodi (ut ita loquar) uiſione id gaudium quod ut paulo ante dicebam omnium maximum ſit percipiamus: dubitauerunt plæriq́ utrum eorum ad uitam beatam magis conferat: placet tamen excellentioribus Platonicis uiſionem gaudium excedere: Nam quis dubitat primo motori finem ultimum ſemper reſpondere: quis rurſus non uideat primam in animo motricem intelligentiam eſſe: ab ea enim uoluntas mouet: ergo in intellectu potius q̃ in gaudio ſummum bonum erit. Accedit ad hæc quod cum ſummum hominis bonum quæritur: id in ea potius animi parte collocabitur: quæ nobis cum incorporeis diuiniſq́ mentibus communis eſt q̃ in ea quæ nos cæteris animantibus pene exæquat: At ratio nos angelis ſimillimos reddit: Appetitu autem nihilo a pecude differrimus. Non erit igitur in uoluntate ſed in ratione ſummum bonum collocandum. Adde ſi placet & hoc. Nam cum omnis motus ad bonum ſit: & quæ noſtra natura ad futurum bonum fertur: eadem in eo quod iam adeſt: quodq́ adepta fuit ueluti proprium locum nacta acquieſcat: uti ſe ſe habet motus ad futurum bonum: ita & quies ad id quod iam adeſt ſe ſe habebit: Non autem idcirco aliquid bonum dicemus: quia natura noſtra ad id feratur. Sed contra iccirco naturam ad id ferri: quoniam id iam bonũ eſſe conſtet. Non enim obiectum: non finis: non motor ab ea ui quæ mouetur dependet: ſed illa ab eo. Eadem ratio & de præſenti eſt: Quis enim ita hebeti iudicio erit ut ſic colligat: Hoc propterea bonum eſt quia in eo acquieſcitur: Sed ſic potius quia recta ratio hoc iam bonum eſſe decreuit: ideo mens ipſa in eo placide & cum uoluptate quieſcit: Ignis ſuapte natura in ſuperiora euolat: quam regionem adeptus quieſcit. quippe qui ſuum bonum iam ſit aſſecutus: non ergo ſuum bonum quia ad illud feratur: ſed quia ſuum iccirco mouetur natura ad illud aſſequendum. Quæ omnia eo tendunt: ut colligatur non ipſam quietem ſiue id gaudium ſiue uoluptatem appellare malis ſummum bonum eſſe. ſed quiddam aliud: quod quia eſt bonum ad ſe aſciſcendum commouet: ac poſtremo cum ad ſe peruentum eſt: requiem illi præbet. Ad hanc fere formam ſed longe pluribus argumentationibus de ſummo bono Platonici diſputant. uerum quoniam ſolet a nonnullis dubitari cum in tam ſublimi arce res tota poſita ſit: poſſint ne mortales ad tantam uſq́ ſublimitatem aſcendere facillimam idem ille Plato uniuerſam hanc quæſtionem reddit: probat enim nihil eſſe magis conſentaneum naturæ quam cunctis a ſe perfectis ſe ſe infũdere: eaq́ quatenus recipere ualeant ſui participãtia reddere. neq́ enim aerem ad ſe cõuertit aqua ut aerem pdat.

Non enim optima eſſet natura ut omnes fatentur : ſed peſſima potius : ſi interitū
rebus moliretur: non ergo ut perdat : ſed ut illū ad ſe trahat : & aquæ formā indu
at : Cum igitur naturæ proprium ſit ut ſe latiſſime tranſfundat : omniaq; ſeipſa
compleat erit profecto boni officium : ut naturam ducem ſequens cætera ſui par
ticipantia reddat . Q uapropter iure Ariſtoteles cum bonum laudaſſet: illud etiā
quod uel uni contingeret / pulchrius tamen & diuinius id cenſet : quod uniuer
ſam ciuitatem uel potius genus humanum pertingat . Verum quid nobis hoc
apertius oſtendit : q̄ ipſarum uirtutum munera . Q uid enim aliud ſibi pruden
tia uult niſi quāplurimis optime conſulere? Q uid iuſtitia exigit : niſi ut cun-
cta in communem uſum referantur : Fortitudo uero nonne nos ad certam mor
tem pro reliquorum ſalutem exhortatur . Temperantia poſtremo nonne nos ne
libidine in alicuius iniuria utamur deterret. Collige igitur: Q uod maxime natu
ra intendit id maxime ſecundum naturam putandum eſt . Cum autem ſui aliis
facultatem facere cupiat natura: erit hoc maxime naturæ accommodatum: hoc ſi
dabis/dabis & illud cum boni primum munus ſit: ut naturam nunquam errantē
ſequatur boni in primis eſſe ut ſe late omnibus ingerat. Hoc ſi boni proprium eſt
magis proprium erit melioris / maxime aut optimi : deus autem omnium opti-
mus . Vides iam quid ſequatur: præterea qualia quiſq; aliis exhibet: talia ipſum in
ſe habere oportet : Q uod enim ipſe non habeas alteri id nunquam concedes: de
dit autem eam omnibus cupiditatem deus/ut aliis ſeſe infundant : ergo & ipſe
in ſe habebit : eoq; magis quo reliqua quæ genuit excellit . quoniam autem ex
cellit infinite : infinita eſt hæc ipſa in eo ut ita loquar conditio. Hæc erant quæ
quo iam neq; ingenii noſtri imbecillitas : neq; temporis anguſtiæ latius fuſiuſ-
q; diſputari ſinebant a me perſtringenda potius q̄ explicanda uidebantur. Q uā
obrem cum & multa a me prætermiſſa relictaq; ſint : & hæc ipſa quæ dixi ieiu
nius obſcuriuſq; : q̄ & rei dignitas : & tuæ o Laurenti patientiſſimæ aures poſtu-
larent enarrata uideas . Leonem ſi ita putabis rogato ne quid te in tanta re deſi-
derare patiatur : Imo & plane & diſtinctte inquit Baptiſta hæc a te diſputata ſūt
o Marſili: & quatenus huiuſcemodi ſermo ex plurimis diuerſiſq; rebus contexen
dus poſtulabat ſuo ordine progreſſus eſt : Q uapropter niſi aliter Laurentius cen
ſeat : nos ad chriſtianos reuertamur : Iſthuc ipſum inquit Laurentius : Nam &
ſuo genere dicendi dilucido ac perſpicuo ſatis mihi Marſilius fecit : & ipſa bre-
uitate ſummopere delectauit. Chriſtianorum igitur una ſententia eſt inquit Ba
ptiſta ultimum atq; extremum omnium bonorum deum eſſe: Verū in eo nōnul
la controuerſia exoritur : quia exiſtunt qui uelint fines bonorum eſſe in ſpecu-
latione diuina : quorum principes Albertum cognomento magnum : & Aqui-
natem Thomam facile eſt uidere : ſunt itidem qui non in ſpeculatione : ſed in
amore: qui inde percipitur : rem abſolui uelint . Scotus autem quem ſubtilem
nuncupant & Ochan : Alexander item & Nicolaus de lira eo gaudio quod ex
ueri perceptione nobis aduenit : beatos reddi nos putant : Verum ne res tam
præclara nimis fortaſſe ieiune a nobis referatur / repetam quædam paulo altri-
us : ſed breuibus / & quatenus res ſatis perſpicue appareat: & tamen longioris di
ſputationis tedium tollatur. Primo igitur affirmant deum non modo bonū eſſe:

Verú etiam omnis boni bonum. Hoc autem huiuſcemodi niſi fallor ratione cõ-
probant. Perfectio uniuſcuiuſq; rei nihil aliud dici poteſt: niſi eius bonitas: Ná ſi
ne forte quid ipſa uirtus ſit roges: recte ut puto reſpondebo uirtutem id eſſe quo
res in qua ſit abſoluta perfectaq; reddatur. Quis enim ignoret uirtutem equi id
efficere: ut equus bonus ſit: & opus ſuũ exactũ præſtet: Erit igitur uirtus equi per-
fectio atq; abſolutio equi: Nam id perfectũ abſolutumq; dicimus: quod propriá
iam uirtutem attigit: Quapropter quicquid bonũ dicimus id iccirco eo nomi-
ne dignum putamus: quia per omnes ſuos numeros abſolutum ſit: Cũ deus au-
tẽ ita perfectus ſit: ut ſua perfectione omniú rerum perfectiones cõplectatur: ſua
etiam bonitate reliquas (ut ita loquar) bonitates complectetur. Omnis igitur bo
ni bonũ: Præterea cum rem aliquam talem dicimus eſſe propterea ni fallor ita di
cimus: quia ſimilitudinem aliquam eius referat: quod ſua eſſentia huiuſcemo-
di ſit. Rogo qualis ſit hic paries: Reſpondebis album: quid ita? nempe quia non
nihil ſimile eius eſſentiæ habeat: quam albedinem dicimus: Hoc cum dederis/id
quoq; tibi dandum erit/deum ſolum eſſe qui ſua eſſentia bonum ſit: reliqua uero
non ſua eſſentia: ſed quatenus eſſentiæ diuinæ ſimilitudinem aliquam referũt/bo
na appellari. Quapropter ſi uere hunc locum concludemus/nihil omnino ex re
bus omnibus niſi ex eo quod aliquid diuinæ bonitatis ſimile habet bonum appel
labimus: Erit igitur deus bonum omnis boni. Accedit ad hæc. Si unumquodq;
nullam ob aliam cauſam niſi propter finem dignum eſt quod expetatur. ſi itidẽ
boni ratio eo ſolum continetur. quia dignum eſt quod expectatur quicquid bo-
num dicetur id aut quia finis/aut quia ad finem conſtitutum ſit iure bonum di-
cetur. Quod ſi eueniat ipſum non ſolũ finẽ/ſed ultimũ finem eſſe is erit profe
cto a quo cætera omnia rationem boni accipiant. Is autem deus eſt ut paulo poſt
oſtendam. Deus igitur omnis boni bonum. Quapropter cũ ſe oſtenſum iri Moy
ſi polliceretur deus Oſtendam ego inquit tibi omne bonum. Hæc ſi ut uera ſunt:
ſic uobis probantur eadem ratione ſummum bonum eſſe oſtendam: Bonũ enim
quod ad uniuerſum ſe extendit id quod aliquam ſolam partem pertingit bonum
ſuperat: Id autem deum eſſe iam demonſtratum eſt. Eſt igitur ſummum bonum
deus: Adde & illud id quod aliquid ſua eſſentia dicitur uerius dicitur: quam ſi nõ
ſua eſſentia: ſed quadam (ut ita dicã) participatione dicitur: Nihil autem cum a
deo diſceſſeris inuenias: quod ſua eſſentia bonum dicatur: Dicam & aliud: Nam
quod maximum in aliquo genere eſt: id aliorum quæ eodem in genere minora
ſunt iure cauſa eſſe dicitur: Cauſam enim eo quod a cauſa efficitur: potiorem eſ-
ſe oportet. At quis neget /quod etiam paulo ante manifeſtis argumentationibus
ſine negocio probatum eſt/quia inquam neget omnia quæcunq; ſunt: ex deo ra-
tionem boni habere: Eo ni fallor iam ſermonem noſtrum deduximus ut facile
appareat ſummum homini bonum deum eſſe. Quapropter & ſi plura eadem in
re perpetuo diſputationis tenore explicanda uidebantur: placet tamen modo id
uolentibus uobis fiat/breui digreſſione ad ea quæ uariorum hominum ſuffragi-
is ſummi boni locum occupauerunt reuerti: Quibus confutatis atq; ea poſſeſ-
ſione quam non iure ſibi uendicarant: Sed per ſummã iniuriam inuaſerant ma-
num ex iure conſerendo expulſis: Vnde nũc digredior diſputationem repetemus:

Verum ne plura fortaſſe q̃ ſint ea eſſe uideantur/utar ea diuiſione quæ in ore omnium uerſatur. Nam omnia quæ bona appellata ſunt/ aut corporis dicuntur bona ut robur/ualitudo/uoluptas/pulchritudo:aut fortunæ quoniã in eius temeritate poſita ſunt:Quo in numero habentur/nobilitas / diuitiæ / honotes/ gloria : Aut poſtremo animi quæ ipſa uirtus eſt. Imprimis igitur duobus generibus refellendis non ſolum habemus chriſtianos theologos:quos ſequamur. Verum ex ipſa philoſophia grauiſſimus quiſq; a nobis pugnat. Si enim a uoluptate incipiamus:cuius quidem illecebris adeo demulcentur ſenſus: ut in pleriſq; iudicium corrumpatur:quam familiam in philoſophia inuenias exceptis paucis neq; iis maiorum(ut aiunt gentium)ſed omnino plebeis: quæ illi bellum tanquam pernitioſiſſimæ peſti non indicat. Quibus fulminibus illam ueluti alteram titani prolem in ima tartara detrudit Plato. Cuius in ore illud ſemper erat oportere nos meminiſſe uoluptates breues eſſe:neq; quicquam poſt ſe præter pœnitentiam relinquere: Nec poſſe eſſe bonum cum ſit nobis cum pecude communis:& improbis magiſq̃ probis eueniat:cũ ſit fluxilis & in aſſiduo motu:bonũ autem ſtabile eſſe oporteat. Addit ad hæc bonũ bonũ nũquam impedire. Nihil autẽ eſt quod uirtutibus magis obſit q̃ uoluptas. Illa enim maximum detrimentum affert hominibus inſcitiam inquietem/ſtultitiam/petulantiam pariens: Sed quem adeo perditum inuenies:qui aut laude/aut ueneratione aliqua dignam uoluptatem putet? Nullius unquam adeo uoluptatibus deditus eſt:neq; illa tantum amauit: quin eas omni induſtria diſſimularet:At quare hoc quia etiam aſotarum iudicio turpes ignominioſæq; ſunt:At bono nihil laudabilius nihil honorificentius inuenies:non igitur bonum uoluptates. Illud enim in cõmunem humani generis uſũ ſuapte natura porrigitur:quod paulo ante in uirtutibus uerum eſſe oſtendit Marſilius. Voluptas uero ſoli ſibi ſenſibuſq; applaudens nullum omnino incommodum reliquorum hominum cauſa ſubire uult. Verum obſecro poſſumus ne quicquam bonum nobis iure dicere:quod aut naturæ noſtræ non ſit inſitũ/aut noſtra induſtria non ſit partum. Vtrum igitur horum uoluptati accidere dices: certe neutrum. Nihil enim eſt alius homo ſi illi cuius argumentis nitimur quicquam, credis/nibil inquam Platone auctore eſt homo præter mentem & rationẽ. Dices quid corpus:carcer uinculumq; animæ: Cuius quidem crudeliſſimi ſatellites ſenſus: quibus immortalis deus, inſidiis nos petunt quos laqueos tendũt:quibus irretiti ad cælũ antiquam nobis patriam redire impedimur:uoluptas uero neq; induſtria noſtra acquiritur:neq; a ratione proficiſcitur. ſed ſenſuum quos paulo ante ſæuiſſimos hoſtes/nobis eſſe oſtendi imbecillitate exorta ſummo bono ſemper aduerſat: & cum boni illud imprimis ſit ut id cuius eſt bonum integrum atq; incolume in ſua natura ſeruatum uelit. Videmus enim uirtutes in moribus collocatas animos ab omni ſibi noxia re puros ſeruare/aut ad maiora quædam ac diuiniora erigat. Quã quidem rem uirtutes in ueri cognitione poſitæ præſtant. Voluptas utriq; rei nocet. In nullo ergo bonorum numero ponenda uoluptas. Sapientiſſime aũt Socrates oſtendit bonorũ malorũq; naturam contrariam eſſe ut in malũ facile prolabamur. Nã ut ait Terentianus ille Simo/Ingeniũ eſt omniũ hominũ a labore pcliue ad libidinem: Virtutis aũt uia difficilis ardua latebroſaq; eſt & laboribus plena:

Quapropter omnino a malo bonum extingueretur: niſi tam pernitioſæ peſti illud remedium foret: Nam mala ſemper inter ſe diſſident: nunquam coeunt nunquã conſentiũt. Aliud enim timor /aliud temeritas & audacia perſuadet. Quod prodigus ſectatur: auarus penitus exhorret. Virtutum autem omnium ſumma cõcordia eſt: Quo enim prudentia ducit: iuſtitia hortatur: fortitudo impellit/temperantia perſuadet: Mala igitur diſſonant/bona conſonant: Vtro igitur in genere uoluptates repones: quibus quid inter ſe pugnatius ſit: non reperies. Adde & illud: Efficientia enim & quæ inde fiunt cognata eſſe oportet: at a uoluptatibus multæ extant perturbationes: quæ ueluti carnificinæ animum aſſiduo cruciant atq; exedunt. non igitur bonæ uoluptates. Imo peſſimæ. Nam cum iudicium uehementer corrumpant: inſcitiam pariunt: quam qui non ceſſet omnium malorum originem eſſe illo nemo indoctior eſt habendus. Irretiti enim illis homines quaſi clauo affixi hærent. neq; etiam tantis tenebris occæcati id quod malum eſſet nouerũt effugere ualent: quod non inſulſe furens Ouidiana Medea quærit̄: dolet enim cum meliora & uideat & probet tamen ita detineri ut peiora ſequi cogatur. Hæc igitur pauca ſunt quæ de plurimis iiſdemq; ualidiſſimis Platonis argumentationibus hoc tempore colligenda uiderẽtur. Ariſtotelici autem & multi ex chriſtianis theologis ſic agũt: primum enim proponũt uoluptatem a natura inuentam non propter ſe. ſed propter operationes a quibus exoriatur ipſa uoluptas: cum uoluptate bibit ſitiens / Cum uoluptate epulatur eſuriens. Sed neq; liberis opera ſine uoluptate datur. Ne ſi aut in illis primis aut in hoc poſtremo amota uoluptate negligentiores facti ſimus & ipſi pereamus: & qui nobis ſuccedat nullum relinquamus: Ergo ſic arguunt ſi eius actio cuius gratia natura uoluptatem inſtituit non propter ſe ſed propter aliud expetitur: multo minus & illa uoluptas propter ſe expetetur. At epulæ poculaq;: ſimiliter & rei ueneream patratio non propter ſe/ſed propter aliud a natura inſtituta ſunt. Alterum enim ut ſeruetur humanum genus comparatum eſt. Alterum ut is incolumis perduret qui epulatur. Non igirur expetitur uoluptas propter ſe: non igitur ſummum bonum. Adde & hoc: nam cum quærimus finem bonorum hominis is profecto ponendus eſt: qui ita ſit hominis ut non ſit reliquorum animantium. Voluptas autem communis eſt omnibus: quibus eſt ſenſus. Verum puto id ſummum bonum dicimus: qđ quidem omnino ſit in natura hominis abſolutiſſimum atq; excellentiſſimum: Quod ſi eſt nequaquã in eo erit collocandum/quo deterioribus longeq; inferioribus coniungimur: quando quidem finem re illa quæ ad finem eſt excellentiorẽ ſine ulla controuerſia eſſe oportet: At quis neſcit a ſenſibus eſſe uoluptates: quis itidem nos ſenſibus pecudi coniungi. Verum accipe quod quẽuis etiam ſtupidum mouere poſſit: quod non eſt bonum niſi / quatenus ſit quibuſdam temperantiæ terminis circũſcriptum/id ſuapte natura bonum non eſt: ſed quod bonum ſit ab eo quod ſibi moderatur accipit. Voluptates autem nemo niſi moderatas approbat. Quapropter cum uoluptati principatum tribuat Epicurus: non tamẽ audet eã ſummũ bonum dicere niſi uirtutes omnes illis ueluti pediſſequæ miniſtræq; aſſiſtant & tanq̃ uiuendi ꝓbe magiſtræ cupiditates quaſdã infinitas: quæ neq; neceſſariæ neq; naturales ſũt amputẽt. Videbat. n. ſi licẽtius ꝓgrederent̄ uoluptates

neq; modus ullus adeſſet/fore ut nos in morbos in detrimenta maxima: maximū
q; dedecus: in grauiſſima deniq; pericula ac poſtremo in interitum ducerent. Non
ſunt igitur ſuapte natura bonum uoluptates: At ſummum bonum huiuſcemodi
eſſe oportet: Nam quod ſua ſponte bonum eſt/id cætera omnia bona: quæ non
per ſe: ſed per aliud bona ſunt: longe lateq; ſuperat: Sed quid tu Laurenti nonne
hactenus quæ dicta ſunt ſatis uirium ad uoluptates confutandas habere putas? Sa
tis profecto inquit Laurentius. Nam & iſtis nihil ualidius ad Cyrenaicorum Epi-
cureorumq; opinionem profligandam. Et ego nuper Marſilii librum de uolupta
te perlegi: quem adoleſcens adhuc ad Antonium caniſianum ſcripſit: in quo(ni
fallor)nihil eſt ex iis quæ ad hanc diſputationem conferri ſolent quod deſiderari
poſſit: Eſt quidem inquit Antonius in iuuenili ætate cana doctrina & ſenili pru
dentia conſcriptus: Nam academicorum more quæſtione propoſita ita acerrime
in utranq; partem diſputatur: ut collatis ſignis inter uoluptatum patronos ac re
liquos qui ab iis diſſentiunt philoſophos atrociſſima pugna committatur. & ꝗ-
uis aliquando platonicis ariſtotelicisq;: atq; omnibus qui porticum fulciunt res
ad triarios redire uideatur: poſtremo tamen hoſtium ordines perturbant: ac de
mum loco motos terga dare cogunt: Non eſt igitur(inquit Baptiſta)aduerſus
uictos rurſus acies inſtruenda. Verum profligata uoluptate uelitario certamine
honores ſuperabimus. Q uis enim non intelligat quod propter aliud bonum ſit
propterq; aliud expetatur id ſummum bonum eſſe non poſſe. honorem uero
quoniam præmium uirtutis eſſe: ac ſolis bonis deberi omnes fatentur nemo per
ſe expetit. Sed ſiue boni ſiue mali ſint homines/ boni tamen & dici & haberi
uolunt. Q uod cum uelint mirifice gaudent ac lætantur honores aſſequi: ut il-
los ueluti ſuarum uirtutum teſtes producant: Q uæ quidem cauſa eſt ut ab iis
qui in aliquo numero ſunt: & ſapientes habentur imprimis honore affici cupia
mus. Q uapropter Neuianus hector non laudari/ſed a laudato uiro laudari gau
det: Adde quod ſummum bonum huiuſcemodi a natura inſtitutum ueriſimile
eſt/ut in noſtra ſit poteſtate collocatum: Nihil enim aut homine miſerius/aut
natura inuidentius cogitari poſſit. ſi ita producti ſimus: ut cum id omnibus ui
ribus contendamus/beatis tamen eſſe nobis non liceat. Honores autem non in
eorum qui accepturi ſunt: ſed in eorum qui exhibituri ſunt arbitrio collocatos
nemo ambigit: ſed & hoc memineris ſummum bonum quod dicitur id profe-
cto abſolutiſſimum atq; ex omnibus ſuis partibus accumulatum eſſe oportet: er
go nullum malum admittit. homini autem cui nullum malum aſſit: malus eſ-
ſe non poteſt: At perſæpe ut quiſq; magis improbus eſt maiori honore afficitur
Q uot enim tyrannos cum duriſſimum ſeruitutis iugum patriæ ceruicibus im-
poſuerint iis titulis: iiſq; inſignibus honeſtatos uidemus: quæ libertatis aucto-
ribus debentur: Q uot ciues eos magiſtratus per turbulentiſſimas ſeditiones aſ
ſecuti ſunt a quibus ſi iura armis oppreſſa non eſſent: ſummo ſupplicio affici
merebantur: Q uid enim Sylla quid Marius ita de re publica bene meriti ſunt
ut alter poſt ſextum conſulatum in quo omne genus crudelitatis in ciues/om
nem impietatem in patriam exercuerat: ſeptimum etiam adipiſceretur: alter ue
ro cum ueluti immaniſſima fera in omnem ordinem debacchatus eſſet perpetu

us dictator crearetur: prolixior ſim ſi omnes illos principes quos Cæſares nomi narunt nunc referam: qui cum non ſolum omnem humanitatem abieciſſent: ue rum cum in portenta quædam immaniſſima: atq; hactenus inaudita neſcio qua execranda cyrce conuerſi eſſent: tamen præter humanos diuinos quoq; honores ſunt aſſecuti. Quibus quidem exemplis facile eſt uidere quam longe ab eo quod quærimus aſſint honores: Quod ſi honor ſummum bonum non eſt: nec gloria erit ſummum bonum. Eſt enim gloria frequens de aliquo fama cum laude. Cur igitur in celebri fama uerſari ideſt a plæriſq; uel ab omnibus potius ſi fieri poſſit cognoſci cupimus: niſi ut honores aſſequamur: ſed non uident homines maio ri laude dignum eſſe / quod cognoſcit quam quod cognoſcitur: nihil enim tam infimum tamq; humilem gradum in rebus tenet: quin cognoſcatur ſiue anima tum ſiue inanimatum ſit: Noſſe autem non niſi nobilioris cuiuſdam animantis eſt: Quapropter non erit ſummum bonum gloria: præſertim cum illam mini me propter ſe expetamus: ſed ut inde laudem aſſequamur. Nam in iis quæ laude carent nemo extare ſed latere cupit. Quæ quidem ſi bona non ſunt: quonam modo diuitias bonum appellabimus: quæ niſi uſum afferas: quid eſt cur ſint ex petendæ? Quapropter non propter ſe ſed propter uſum expetuntur. præterea ſummum bonum quod eſt id ſua natura poſtulat: ut quam maxima ſeruetur ne q; dilabi permittatur. Diuitiæ autem niſi & in tuum tuorúq; uſum: & in aliorum liberalitatem habito certo quodam delectu diuidantur quid conferant non uideo Neq; eſt quod hoc tempore aut opes in re publica aut regna & imperia confutare magnopere laboremus: quæ quidem & in fortunæ temeritate poſitæ ſemper ia ctantur: & ſeditione fraude ac cæde acquiruntur: iiſdemq; artibus aſſiduo eripiū tur: ſed fac ut iuſte acquirantur iuſteq; adminiſtrentur: nonne ſollicitudine labo ribus periculiſq; pleniſſima ſunt: ut nemo modo ſana mente ſit / non cognoſcat ſuauius multo eſſe bene regi q̄ bene regere. reſtant quæ bona corporis appellan tur / qualia ſunt ualitudo / robur / uelocitas / pulchritudo: & quæ horum ſimilia reperiuntur. Hæc igitur cum momentanea ſint: & multis calamitatibus obnoxia quid ſolidi in quo ea quam quærimus tranquillitas bene reſideat: habere poſſint nullo pacto intelligo. uerum nonne quicquid uirium aut dignitatis habet corpus: id omne ab anima mutuatur putabis igitur animi bona illis non proferenda. At qua ratione noſtra dici poſſunt: quæ non ſolum nobiſcum cæteris animantibus communia ſunt: ſed in ſingulis a multis ſuperemur. Aquila acutius proſpicit/ea dem uis & in lince eſt. longius audit aper. ſagacius olfacit canis. ſagacius uultur: Nam qui uiribus uelocitate & corporis proceritate ſe a multis beſtiis ſupari igno rat: ſeipſum profecto ignorat: Quæ omnia cum diligentius tecum reputabis: ni hil eſt quod longius a ſummo bono eſſe putes. Sed nos iam ad animi bona: quod tertium genus a nobis poſitum fuerat: reliquis confutatis ueniamus. Hæc autem quæ ſint dilucide uidebimus ſi humanæ mentis uim triplicem eſſe demonſtraueri mus. Eſt enim qua faciat. eſt itidem qua agat. eſt poſtremo qua ſpeculetur. In fa ciendis igitur rebus ars adhibetur. Ea enim eſt recta ratio rerum faciendarum. Actionibus autem noſtris prudentia dux eſt. A qua iuſtitia fortitudo & temperan tia munera ſua addiſcunt: In ueri autem inueſtigatione ſi principia quærimus:

dux nobis intelligentia eſt. Sin ea quæ fluunt a principiis ſcientia. Sapientia deniq; & ſi utrunq; complectatur tertium quiddam tamen eſt: Si igitur artem conſideremus: nequaquam erit illa ultimus finis: Qui enim finis eſſe poteſt cum eius cognitio ſit ad finem. Opus enim quod ab arte eſt: artis finem dicimus. Nam eius artis quæ in architecto dædalo eſt finis eſt labyrintus: Huiuſcemodi autē opera quo modo nobis uitæ fines eſſe poſſint non intelligo: cum illa omnia ad uarios humanæ uitæ uſus fabricentur: non contra homo eorum cauſa ſit a natura productus. ſed nihilo etiam minus in iis animi uirtutibus quæ ad uitam & mores pertinent fines bonorum reperies. Si enim uirtutes huiuſmodi fines eſſent: profecto ipſæ propter ſe expeterentur: neq; ad alium finem inſtituerentur: Quod longe aliter ſe habet: ſumme tibi præcipuas ex illis atq; inde de reliquis coniectare: Vis ne fortitudinem: atq; eam maxime quæ in bello atq; acie uerſatur: Expetunt ne igitur illam propter ſe: Sciſcitare obſecro feretranum noſtrum Federicum: ſciſcitare eius alarum præfectos: ſciſcitare quicunq; in ſuo exercitu ordines ducunt: ſciſcitare deniq; ſingulos equites pediteſq; quos in aciem producit. Nemo hoc dicet iccirco fortitudinem expetere: quia propter ſe quærenda ſit: ſed ut uictoria aduerſus hoſtes potiantur. quibus ſubactis tuto liceat in ocio degere. Quid autem iuſtitia / quid temperantia: nonne hoc agunt ut in pace nobiſcum/& cum cæteris hominibus uiuamus. Manifeſtum eſt igitur illas non propter ſe experi: ſed ut animum ab omni uitio purgatum reddant: Sed neq; prudentia nobis ſummum bonum afferre poterit: quando quidem non in ueri inueſtigatione: ſed in ciuilibus actionibus regendis uerſatur. Quæ cum dixiſſet Baptiſta: ego te inquit Laurentius iam dudum attentiſſime audio. Nam uideo te non ſolum ea confutaſſe: Quæ a præſtantiſſimis philoſophis iam diu confutata ſunt. Sed in iis quoq; quæ uiri grauiſſimi ſtoici non modo ſummum ſed etiam ſolum bonum poſuerunt: nos beatos eſſe negaſti: Nunc igitur poſtq̃ & fortunæ & corporis bona profligaſti: neq; etiam iis uirtutibus quæ de uita & moribus ſunt rem tantam committis/perge obſecro: atq; ubi mens noſtra ueluti in ultima meta conſiſtat tandem explica. Repetatur inde igitur (inquit Baptiſta) unde digreſſa eſt de ſummo bono diſputatio: Verum cum iam conſtet deum eſſe ſummum bonum: reliqua facilius explicabuntur. Atq; hoc imprimis. Nam cum ſummum bonum ſit deus: quid negocii habet res probare ſummum quoq; hominis eſſe bonum. Quid enim aliquid agit id boni alicuius gratia agere: iam diu demonſtratum eſt. Dabis ergo hoc ne ut eſt in prouerbio actum agamus. Dabo quidem inquit Laurentius. Huiuſcemodi igitur bonum inquit Baptiſta finem eius eſſe nemo dubitat. Nam omne quod eſt atq; agit: ſua illa actione ad finem tendit. Dicimus enim eum eſſe finem: quo acquiſito ita expletur appetitus: ut nihil præterea quærat. Omnis autem appetitus bono expletur. Quapropter ſi recte colligitur/id finem iure dici: & quod ſi abſit deſideratur: & quo ſi adſit fruimur in eoq; acquieſcimus: facile eſt uidere cuiuſcunq; rei eundem finem eſſe & perfectionem. Quicquid enim ſua perfectione caret: id in eam uel ipſius nunquam errantis naturæ impulſu uel ſuo ſenſu ſuaq; ratione donec aſſequatur fertur: atq; in ea cum aſſecutum fuerit ſua ſponte conquieſcit. Puto me ſatis dilucide oſtendiſ

ſe omnia ſuum finem petere : eundemq; eſſe & bonum . Oſtendiſti profecto in quit Laurentius . Atq; ex hoc quid conficere uelis plane intelligo . Nam ſi idem bonum ſit/atq; finis quis non uidet quod ſummum bonum ſit id maxime finem eſſe . Probe colligis inquit Baptiſta ſed & hoc accipe cum plures uariiq; eadem in re fines ſint : neceſſe eſt ad eum qui ultimus ſit reliquos omnes referri : Quod di lucidius appareat breui exemplo demonſtrabo.proponit ſibi ægrotantis Alexandri ualitudinem Philippus medicus . Erit igitur hoc ueluti ultimum/quo cætera omnia referantur/ut recte ualeat rex. Lectitat igit' quæ ab Hippocrate tradita ſunt præcepta . At quorſum/nempe ut inueniat quam illi potionem potiſſimum præbeat : qua inuenta datur : ſed eo conſilio ut purgetur exundans in rege bilis. Id autem cuius rei gratia : niſi ut bili ſubtracta febris ardor reſtinguatur . Sed neq; hoc propter ſe facit : uerum ut redeat priſtina ualitudo Alexandro / quod cum præſtiterit medicus iam eo peruenerit quod non niſi propter ſe ipſum expetebat : in eoq; quieſcit . Vides ne reliquos omnes inferiores fines in hunc tanquam in ultimú proficiſci . Eadem ergo ratione uarium ac multiplex bonum / & quod per plurimos ueluti riuulos ſuis gradibus deriuatum in deum ſummum bonum ueluti in fontem & originem omnium bonorum refluit . Non me latet plurimis argumentationibus rem probare eos conſueuiſſe qui hæc diſtinctius diſputando proſequũtur . Sed nos in extemporanea diſputatione omnia proſequi non ualemus . Id tamen non omittam Nam cum deum finem ultimum rerum omnium ponamus per multi omnino intereſt quo nam modo id intelligatur . Deum enim ſi ſic ultimum finem dicemus ueluti ſi primum ſit omnium quæ agunt non aberrabimus. Nam reliqui fines quia per actionem eius quod agit conſtituuntur primum illud omnium quæ agunt eſſe non poſſunt / ſed potius id quod ex eo efficiatur . Quapropter nefas eſt ipſum ita finem dicere ueluti aliquid conſtitutum/ſed ueluti præexiſtens Præterea ſiquis agat propter rem quæ iam exiſtat ut ea actione aliquid cõſtituatur eueniet ut illi rei cui agitur aliquid acquiratur . Milites enim qui imperatoris ſui iuſſu acriter pugnantes uictoriam aſſequuntur illam imperatori pariunt : Deo autem nec noſtra/nec cuiuſq̃ opera quicquam acquiritur . Quippe qui adeo undiq; abſolutus ſit/ut nihil præterea ſibi addi poſſit : Neceſſe enim eſt ut qua ratione qui agens eſt ad finem agit eadem ratione opus finem ſuum ſortiatur : At deus quem primum omnia quæ agunt iam eſſe conſtat non ſic agit : ut quicquam ſua ſibi actione acquirat : ſed ut aliis contribuat : Ex quibus quidem omnibus locus uere concluditur cuncta quæ ſunt in deum tanq̃ in ſuum finem ferri non illa quidem ut aliquid deo addant : quod fieri minime poteſt : ſed ut illum ueluti ultimum omnium finem aſſequantur . Si igitur quæcunq; res a deo producta eſt ea ratione qua bonitatem diuinam acquirit ſimilis deo redditur . Erit poſtremum rerum omnium ſe deo ſimilem reddere . Verum cum id quod finis rationem habet bonum eſſe neceſſe ſit : nitetur unumquodq; ea maxime ratione deo ſe ſimile reddere : qua ille bonus eſt : Quorſum autem hæc ? Nempe ut intelligas ſi quicquid creatum eſt : id in deum tanquam in ſuam originem refluit.oportere mentem quoq; hoc idem uerum excellentiore quodam modo pro uiribus niti : id autem eſt ut ſua actione illum intelligat : Hac enim uia dei eſſentiam aliquo modo pertingi-

mus: ſi quicquam de ea in noſtram cognitionem cadit: Verum aſſunt qui quod dixi huiuſcemodi ratione comprobent: Suus cuiqꝫ finis actio propria eſt. Intelligere autem eſt propria humanæ mentis actio. Vides quid ſequatur. Quod ſi eſt id quod perfectiſſimum in ea actione eſt: erit ultimus finis. Cum autem operationes ex ſuis obiectis ſpeciem recipiant quod quoqꝫ ſubiectum nobilius eſt: eo ipſa operatio nobilior erit: Nihil autem ex iis quæ in mentem ueniunt deo nobilius. In dei igitur cognitione ſummum bonum conſiſtit: Sed audi & hoc paulo ante oſtenderam unumquodqꝫ tendere in diuinam ſimilitudinem ueluti in proprium finem: Deo autem maxime ſimilis redditur humana mens ex ſua intelligentia: Nihil eſt ex rebus omnibus quod magis expetatur q̄ ſummum bonum. Mens autem humana nulla re tantum delectatur quantum diuinarum rerũ cognitione: Quãuis enim ingeniola noſtra cum ad hanc lucem conuertantur ſint ueluti noctuæ ad ſolem: tamen illud ipſum quantumcunqꝫ eſt quod cognoſcimus multo pluris facimus q̄ ſi reliquarum omnium rerum exactiſſimam cognitionem plane teneamus: Hoc enim cupimus/hoc amamus: hoc fruimur: Si enim etiam ratione/immo ſenſu carentia in dei ſimilitudinem/tamen tanquam in ſummum bonum tendunt/profecto quo magis quæqꝫ res deo ſimilis redditur: eo magis in finem ſuum peruenit: At nihil in rebus creatis ſimilius deo eſt q̄ mens: ergo per mentem dei ſimiles reddimur. Mens autem non eo quod ſuapte natura poſſit intelligere: ſed eo quod intelligit ſimilitudinem quandam dei refert: Quæ omnia ſi recte colligis/illuc deducunt: ut hominis ſummum bonum ſit ſuprema actione mentis ideſt ipſa ſapientia deum quoad ei liceat cognoſcere: Paulatim & ſuis gradibus niſi erro quæſtio noſtra de bonorum finibus ex humili & de tecto loco ad ipſum cælum producta eſt: ubi facile tanquam in ſua natura collocata conquieſcere poſſit. In imo enim fundo Ariſtippum Eudoxum atqꝫ Epicurum proſtratos relinquimus: neqꝫ multo ſublimiorem Hieronymum Rhodium ac reliquos/qui aut indolentiam/aut prima naturæ ſine uirtute adamarunt. Nam de peripatheticis atqꝫ ſtoicis cynicisqꝫ nihil niſi honorifice proferre auſim. Ea enim tradiderunt quæ quidem ſi hominem a plurimis maximiſqꝫ calamitatibus eripere non poſſũt: quin miſeri ſint: tamen ita nos inſtituunt/ut miſeriam inuicto animo ferentes ſi ſummum non attigerimus/ad multum tamen ſpatium progreſſi ſimus. Verum & hos quoniam quo peruenire cupimus perducere non ualent miſſos faciamus: Quod quidem ſine periculo facere licet: Certiſſimos enim iam duces nacti ſumus quos ſecuti eo iam deuentum eſt: ut in arce naturæ ideſt in ipſo deo conquieſcere liceat. Verum quoniam diuinam eſſentiam non ſolum intelligendo attingimus: ſed eam etiam expetimus/atqꝫ amamus: amãdoqꝫ fruimur: quæ omnia in uoluntate poſita ſunt recte inter theologos dubitatum eſt eſſet ne in ipſa cognitione an potius in uoluntate tanta res ponenda. Hinc multiplex uariaqꝫ pugna excitatur: atqꝫ utrinqꝫ iis uiribus decernitur: ut dubio marte tandem diſcedere uideantur: Verum qui in uoluntate ſiue amore rem collocatam cenſent: ad hunc fere modum cauſam defendere experiuntur: Cum obiectum uoluntatis ſit bonum quod idem & finem eſſe oſtendimus: Ipſum autem uerum quod menti obiicitur nõ qua ratione uerum: ſed qua bonum eſt finem dicamus: in promptu iam erit nos ulti-

mum finem non mentis induſtria : ſed uoluntatis opera conſequi : Præterea uo-
luptatem dicimus eſſe quæ operationem accumulatiſſime perficiat : atq; abſoluat
ueluti inuentam dicimus pulchritudine perfici . At abſoluta operatio iure finis di-
citur : eamq; magis quia uolumus : q̄ quia intelligimus aſſequimur : Addunt & il
lud : Tacito quodam omnium hominum conſenſum non autem doctrina aliqua
ultimus finis expetitur : ergo natura duce expetitur : plures autem uoluptatem q̄
ſapientiam cupiunt : finis igitur uoluptas potius quam cognitio dicenda uidetur:
Item ex omnibus animi uiribus eam potiſſimum finem eſſe nemo dubitat : quæ
omnium excellentiſſima præſtantiſſimaq; ſit . Voluntatem autem excellentiorem
eſſe ex eo maxime apparet : quod eius opera intellectus ad finem mouetur . Tunc
enim demum actu ipſo conſiderat intellectus : quæ facultate hactenus tenuerat cū
iam quippiam expetiuerit . Voluntas igitur nobilior : Item ſummum bonum in
eo reponendum omnes fatentur : cuius bonitate totus homo dicitur ſimpliciter
bonus . At bonitate totus homo dicitur ſimpliciter bonus : Accedit ad hæc quod
ſummum bonum maxime in eo conſiſtere uidetur quod ipſo ſummo bono frua-
mur . Quapropter Auguſtinus in eo quem de religione chriſtiana inſcripſit ſum
mam mercedem eſſe ait ut deo fruamur . Frui autem non quia intelligamus ſed
quia uelimus dicitur . huiuſcemodi rationibus & longe etiam pluribus u nitunt̃ q
ſummi boni principatum uoluntati præbent . aduerſuſq; ſuas etiam argumentatio
nes ii afferunt qui cognitioni illum tribuūt: Sed hanc in primis : Cum quæramus
finem bonorum eius formæ quæ mens eſt : id profecto eſſe putabimus quod ſibi
maxime proprium ſit : Appetitum autem qua ratione proprium noſtræ mentis eſ-
ſe dicemus: cum omnium doctorum uirorum ſententia iam conſtet in rebus om-
nibus eſſe appetitum non eum quidem certo quodam modo ſed diuerſis: quando
quidem non omnia eodem modo cognoſcunt. Nam quæ cognitione penitus ca-
rent eo appetitu ferri dicuntur qui naturalis appellatur : Quo quidem & grauia
omnia deorſum & leuia quæ ſunt ſurſum feruntur : Iis autem quæ ſenſibus utun-
tur a ſolis ſenſibus accidit appetitus. Eo enim omne animans & quæ ſibi ſalutaria
ſunt aſciſcit : & quæ noxia refugit : In quibus autem præter ſenſum ratio quoq; ui
get in illis appetitus niſi iniquus eſſe uelit rationi obtemperat : hancq; uoluntatem
appellamus. Voluntas igitur cum quidam appetitus ſit quo nam modo humanæ
menti propria erit : Intellectus autem ſuapte natura proprius humanæ menti eſt :
ergo ſummum bonum humanæ mentis in intellectu. Præterea in omnibus animi
uiribus: quæ mouentur ab iis quæ ſibi obiiciuntur hæc quæ ſibi obiiciuntur priora
eſſe natura oportet: q̄ actio aliqua huiuſcemodi uirium: Obiicitur oculo colore aſ-
perſum corpus prior itaq; erit huiuſcemodi color q̄ uiſio in oculo gignatur . prior
enim natura motor eſt q̄ id quod mouendum eſt moueatur. Huiuſcemodi aūt uis
uoluntas eſt : Quod enim expeti dignū eſt : mouet appetitū : prius igit̃ erit quod
uoluntati obiicitur/ q̄ uoluntatis actio : quod ſi das dabis etiā non poſſe actum uo
luntatis eſſe id quod primū uolumus . At quod primū uolumus eſt ſummū bonū
Non erit igitur uoluntas ſummū bonum : Item in omnibus uiribus quæ in ſuos
actus conuerti poſſunt eorū actus primo in id quod obiicitur fertur : deinde ad ſe
redit: Quo eni modo mēs noſtra intelliget ſe intelligere niſi prius aliqd itellexerit

Tunc enim demum intelligo me intelligere te mihi amicum eſſe : cum prius te mihi amicum eſſe intellexero : Nam intelligere quod intellectus intelligat alicuius obiecti eſt : Q uamobrem ad ipſum primum intellectum deuenire oportet. quod quidem non eſt actus intelligendi : ſed potius res aliqua quæ intelligi poſſit : Eadem igitur ratione primum illud quod uolumus non eſt ipſum uelle : ſed aliquid aliud bonum : primum autem quod rationalis natura uult eſt ſummũ bonum : Illius enim cauſa uolumus quæcunq alia uolumus : Nõ igitur in actu uoluntatis eſt ſummum bonum : Eſt & aliud eorum argumentum ❡ Vnumquodq habet ſuæ naturæ uirtutem ex iis quæ ſuam eſſentiam conſtituunt : Q ua enim alia re cadauer humanum ab homine differt : niſi quia illi ea deſunt quæ humanam eſſentiam conſtituunt. Vera autem beatitudo a falſa per uoluntatem nihil differt ❡ Nec aliter ſe habet uoluntas deſiderando/amando ac fruendo eo qđ bonum putet/quãuis ſit falſum/q̃ ſi uerum omnino eſſet. Q uod autem uerum an falſum ſit : hoc iam ab intellectu eſt non a uoluntate : Magis igitur ſua eſſentia in intellectu quã in uoluntate ſummũ bonum conſiſtit ❡ Sed & illud etiam ſic ponunt ❡ Si uoluntas nobis ſummum bonum afferat : id erit aut deſiderium aut amor aut gaudium : quoniam in hæc tria diuiditur uoluntas : nec aliud præterea eſſe poteſt. At deſiderium quo nam pacto finem bonorum dicemus eſt enim deſiderium rei abſentis : quã quidẽ adeſſe uehementer cupimus in . id enim fert deſiderium quod non dum ſis aſſecutus : Q uapropter quemadmodum in curuli certamine nunquam eum uictorem dicam qui nondum ad metam peruenit. & ſi prior in curſu ſit : Ita nec ille erit beatus in quo & ſi ſũmus ſit ardor potiendi non dum uoti compos effectus eſt : Sed nihilo magis amor nos beatos faciet. Nam ſæpe ea quæ abſunt amamus. Ab amore enim citatur deſiderium eius potiundi/cuius nondum ſis potitus : In gaudio autem qui ponemus : cum finem huiuſcemodi eſſe oporteat/ut reliqua omnia in illum referantur : Ipſe autem nuſquam : At gaudium a natura propter ipſas actiones excitari uidemus quemadmodum in uoluptate confutanda in ſuperioribus oſtendimus : Adde ſi placet quod quemadmodum deſiderium ad rem aſſequendam impellere uidetur : ita & gaudiũ quietum tranquillumq te reddit : ut requieſcas in eo quod iam ſis aſſecutus : Videmus grauia in infimum ſuapte natura ferri. in quo quieſcere illa non inficiantur : ſed huiuſcemodi quietem non finem / ſed quiddam / quod finis ſit particeps eſſe uolunt : Longior ſim quã ſuſcepti ſermonis ratio patiatur/ſi omnes ſuo ordine nũc argumentationes referam : quibus & illi in boni uoluntatem : & hi in ueri cognitionem ſummam rei transferre contendunt ❡ Sed fuerunt tertii quidam qui neq ſoli cognitioni/neq rurſus ſoli uoluntati totam rem cõmittant : cum neutra ſeorſum ut putant id præſtare poſſit : ſed utranq cõiunctam accumulatiſſime nos beatos reddere uelint. Q uorum hæc in primis ratio affertur. Aiunt enim in actibus : qui pari (ut ita loquar) modo ad id quo beati efficimur/ ſeſe habent : pari etiam modo conſtitui oportere beatitudinem intellectum autem & uoluntatem huiuſcemodi eſſe. quantum enim in deo cognoſcimus tantum amamus utrunq igitur ſimul ſummum bonum conficiet. Addunt itidem ſi frui deo ſũmũ ſit bonũ apparere in eo & cognitionẽ. Q uibus eni rebus teſte ẽt Auguſtino / fruimur

niſi iam cognitis : Q uibus deinde uoluntas delectata conquieſcit . Item tunc
nos beatos dicemus cum mens noſtra deo quo ad eius fieri licet/coniuncta erit:
Huiuſcemodi autem coniunctionem intellectu pariter & uoluntate fieri / quis
non uiderit: hac enim deo qua deus ipſe rationem ſummæ bonitatis: Illo quã ra
tionem ſummæ ueritatis habet iũgimur. Poſtremo ſi eos interroges unde nobis
ſummum bonum proueniat/reſpondebunt doctiſſimorum quoq; con ſenſu in
de prouenire ꝙ ad ſimilitudinem & imaginem dei producti ſimus. huiuſcemo-
di uero imaginem non altero iſtorum/ſed utroq; nos pertingere affirmabunt :
Q uæ quidem omnia cum ita proferãtur : non deſunt tamen qui contra niti au
deant: Q uãuis ergo huiuſcemodi mentis ac uoluntatis parilitatem fateantur:
nihilominus quia nobilior ſit mens in ea tanquam principe ſummum bonum
præcipue reponendum cenſent : Eam autem nobiliorem putant quia ſi duo hæc
coniuncta mens & uoluntas ſeparari poſſent mens ipſa reſtaret actus perfectus &
proprius rationalis formæ: Voluntas autem ab intellectu deſtituta quidnam ali-
ud relinquetur q̃ cupiditas quædam omnibus animantibus communis . Cuius
quidem actum quis non animaduertat a mente pendere : Dum nunquam quic-
quam uelimus : quin illud prius uel nouerimus/uel noſſe putauerimus eſſe bo-
num . Accedit ad hæc quod actus mentis purior eſt : Ille enim nullam ab eo quod
ſibi obiicitur labem contrahit . nec in malo cognoſcendo flagitium committit ani
mus : Non enim recte de ſene Dauus dicet mala mens malus animus : quãuis
ſerui fraudem dominus cognoſcat . Voluntas contra facile coinquinatur. Q ua
propter recte Simo de Dauo mala mens malus animus . Eſt enim malus effectus
ſeruus: non quia intelligar quo pacto peruerſe agatur: ſed quia uelit peruerſe age
re. Nec mirum: Nec dum uel amamus uel uolumus quippiam/animus ipſe in rẽ
amatam mouetur . Recipitur igitur quodam modo ab amato amans. Q uod au
tem recipitur id non ad ſua ſed ad eius quod recipit normam recipitur : quapro-
pter dum ſordida nefariaq; uolumus in ſordidi naturam tranſſformatur uoluntas
ac turpiter ſordeſcit: Q uod idem de mente dicere non poſſumus. nam cum men
te quicquã percipitur/non animus ad rem ſed res ad animũ mouetur . Q uod ef
ficit ut non uileſcat mens humilitate rerum: ſed potius uiliora quæ ſunt illa nobi
litentur. Suſcipiunt enim eſſentiam quandam ſpiritualem in ipſo intellectu . Dãt
& illud ea uis quæ in plures ſe rationes porrigit reliquis omnibus quæ ad paucio
res perueniunt: excellentior nobiliorq; eſt. Mens igitur quæ non ſolum ad ueri:
uerum etiam ad boni rationem porrigitur / uoluntatem quæ nihil attingit niſi
qua ratione bonum eſt longe ſuperabit. Item uis ea in nobis potior erit: quæ cum
ratione utamur ab iis quæ ratione carent/nos diuidit: Nam hæc nobis proprie cõ
uenit : At quis neſciat nos a ratione carentibus non uoluntate/ſed mente diui-
di . Item uim eam quæ propinquius attingit eum actum quo beati reddimur
cæteris omnibus nobiliorem eſſe oportet. Mentis autem hoc eſt proprium :
Nam cum non bonum ſimpliciter ſed bonum cognitum uoluntati obiiciatur:
quid unquam conficietur niſi intercedat cognitio : quæ quidem omnia cum ab
illis acutiſſime dicant͛ : ſũt tamen qui ea eruere conent͛ : quorũ argumentationes
longũ eẽt referre: Sed huc tandẽ ſi recte colligo euadũt. dicunt enim cum q̃ppiam

ſimpliciter enunciatur id intelligi oportere : quod omnino in eo ſit perfectum niſi
quis enim animal enunciet non extinctum aut pictum ſed uiuens animal intelli
gimus. Eadem igitur ratione ſi quis ita enunciet uoluntate conſulis ad hoſtes trã-
ſiit miles : ea erit intelligenda uoluntas : quæ certis formulis incluſa rationi obtẽ
peret : cuius quidem actus perfectior erit quã actus intellectus. Sed quid agi-
mus? Video enim me dum ſingulis nimis immoror pene a propoſito decidiſ-
ſe : Cui quidem ſatis fuerat referre quid eſſet summum bonum : Quem qui-
dem deum eſſe cum perſpicuis argumentationibus oſtenderim : id mente ne an
uolũtate an utroq; aſſequamur nihili omnino intereſt rem capeſſere uolentibus.
Eidem enim uia progrediendum / iiſdem rationibus nitendum : Quapropter
hoc totum quicquid quale ue ſit iis inueſtigandum relinquamus : quibus nõ mo-
do doctrina : uerum etiam ocium abunde ſit. Sunt enim huiuſcemodi ut in utrã
q; partem ab iis qui & litteratiſſimi ſunt & ingenio ualent ueriſimile diſputari poſ
ſint : Ego autem etiam ſi arbiter honorarius in tanta re aſſumar : nunquam tamẽ
decretum meum interponam : potiuſq; Virgiliano iudicio me abſoluam & utrũ
q; uitula dignum pronunciabo : Nam cum eo iam peruentum ſit : ut finem bo-
norum omnium nobis deum eſſe cognoſcam : id tenebo nos ideſt humanam eſ
ſentiam deo beatam eſſe. Quæ cum dixiſſet : noſq; admiratione : atq; deinde
plauſu illius orationem proſequeremur. Non potuit inquit LAVRENTIVS
Accumulatius mihi ſatiſfieri quam a te ſatiſfactum eſt : Ita enim me in tuam ſen
tentiam traduxiſti : ut ſi quis nunc quicquam contra afferre uelit cera illa Vly-
xea ne inuitus audire cogar mihi aures obturem : Habeo enim plane mihi con
ſtitutum quid ſit ſummum bonum : Vnum tantum reſtat / niſi tibi fortaſſe lõ-
ga diſputatione defatigato moleſtus ſim futurus : quod cum intellexero / uide
ar mihi beatus diſceſſurus. Quin pro me inquit BAPTISTA : modo enim id
explicare poſſim quod ſcire cupis nihil te deſiderare patiar. Audi ergo inquit
LAVRENTIVS quid planum mihi fieri optem. Ego enim ſæpe cum de bo-
norum finibus diſputaretur : interfui / annotauiq; cum ex alicuius philoſophi
ſententia res proferetur / hæc duo coniuncta facile percipi poſſe : ut cum intel-
ligeres quem finem bonorum ille poneret : ſtatim & malorum finem eadem
ratione cognoſceres. Dicit Epicurus ſummum bonum eſſe corporis uoluptatem
ergo ſine negocio ſummum malum dolorem dicemus. Reponit alius omnia
in diuitiis / alius in honoribus. Alteri igitur ignominia / alteri paupertas malo
rum fines afferet : Nec dubitabunt ſtoici cum uirtutem ſolum bonum dixerint
uitium ſolum malum affirmare : Eademq; reliquorum ratio erit. Nunc uero Summũ bo
cum tu cæteris omnibus confutatis deum ſummum bonum dixeris intelligo
plane quid uelis. Nec ſolum intelligo / uerum etiam aſſentior : At cum paulo poſt
diligentius inquiro quid huic ſummo bono ueluti ſibi omnino contrarium op-
ponam : nihil occurrit quod æque ita ſummum malum iure appellari poſſit : ut
hoc ſummum bonum dicitur. quapropter pergratum perq; iucundum feceris /
ſi hoc quoq; ſummum quod quale ue ſit explicaueris. Recte addubitas inqt Ba
ptiſta. Res eni huiuſcemodi eſt quæ neq; difficultate careat ſi uelis inueſtigare : neq;
utilitate ſi in ea uers a ſſeq̃ris. Vidi aũt pleroſq; in eo titubãtes. Nã cũ philoſophos

omnes percurris:neminem ut dicebas inuenies:qui utriuſq; contrarii ſummum
non ponat:cum autem id ad chriſtianos theologos te conferas:bonorum quidem
ſummum atq; extremum ponunt:malorum non ponunt. Horum tamen contro
uerſiam ni fallor facile componemus.ſi id ipſum quod malum nuncupamus: ita
inueſtigemus ut qui omnino ſit plane conſtet.Quam quidem cognitionem ut
aſſequamur ſunt quædam paulo altius de re tota repetenda: Niſi fortaſſe ſatis ti-
bi factum eſſe putes ſi modo quid ſentiat:non etiam quare ita ſentiant breuibus
oſtendam.Imo uero utrũq; inquit LAVRENTIVS:Nam quãuis nihil ſit quod
ego tantorum uirorum auctoritati concedendum non iudicem: noſti tamen ani
morum noſtrorum auiditatem: quæ quidem in rebus cognoſcendis tanta eſt: ut
niſi ratione perſpecta nunquam conquieſcant. Geram igitur tibi morem inquit
BAPTISTA. Tu uero æquo animo patieris ſi dum tibi obſequor longiuſcu-
lam adhibeo orationem: Nihil igitur eſt omnium eorum quæ agunt: quod qui
dem in agendo finem ſibi aliquem non proponat: Qui enim arant/qui mili-
tant/qui nauigant/ qui ædificant non ut id agant: ſed ut ex iis actionibus eo quo
propoſuerunt perueniant/labores omnes perferunt. Finem autem eum appel-
lant in quem qui agunt feruntur. Fruſtra enim tot labores totq; difficultates:
atq; incommoda ſubiremus: niſi proponeretur aliquid/cuius gratia illa ſuſci-
perentur. Quapropter cum præcipit Maro ut uere nouo gelidus canis cum mõ-
tibus humor liquitur: & zephyro putris ſe gleba reſoluit: Depreſſo incipiat iam
tum mihi taurus aratro ingemere: & ſulco attritus ſplendeſcere uomer: non ut
arando ſe macerent hoc præcipit: ſed ut ex ipſa agri diligenti cultura meſſem
tandem uberiorem percipiant. Erit igitur in noſtris omnibus actionibus id in-
ueniendum quod propter ſe expetatur. Reliqua uero omnia propter illud ita ut
cum eo uenerimus non ſit ultra progrediendum: Niſi enim finis certus perſcri-
beretur: progrediendum per ea eſſet quæ omnino ſunt infinita: Ad hæc autem
peruenire cum facultas nulla ſit: ceſſaremus ab omni actione: Nemo enim ad
id mouetur quod aſſequi penitus deſperet. Quapropter & Cicero quæcunq;
in agendis cauſis egit: ea gratia egit ut perſuaderet: & Federicus noſter Vrbi-
nas in hoc proximo bello aduerſus Bartholomeum Bergomenſem quicquid
aut in ſuis militibus inſtruendis: Aut in aduerſariorum copiis explorandis egit:
huc tendebat ut uictoria potiretur: qua quidem parta acquieſceret/Quorſum
igitur eodem totiẽs reuoluimur: Nempe ut conſtet quæcunq; aguntur ea rei cu
iuſpiam quæ per ſe expetitur gratia agi: Hoc autem oportet bonum eſſe.Nam ſi
in noſtris actionibus aliquid ſemper ueluti certum nobis proponimus. id nobis
conueniens & naturæ noſtræ conſentaneum ducemus.quicquid enim natura ge
nuit: id ita ſibi commendauit:ut ſemper quæ ſibi utilia ſunt appetat: eademq;
ratione noxia quæq; refugiat. Appetimus ergo bonum. Igitur eundem finem
bonumq; dicimus. Quapropter recte concludetur. Quæ homines agunt eius
quod bonum ſit gratia agere: Quibus ex rebus illud iam reliquitur ſi quicun-
q; agit ſibi bonum proponat profecto ſi quid aberrat erratum illud quod pecca
tũ malũq; eſt præter propoſitũ accidere: Neq; facile peccatũ dinoſceret niſi actio
nes omnes in finem ſuũ tenderent.Qui enim aberrare ſagittariũ dicas:niſi ſignũ

in quod ſagittas dirigat propoſuerit: Quamobrem & medicus peccat cum ægrotantis morbum curare proponens illum auget: quod idem in natura deprehendas: Vult enim hoc natura ut ex humano ſemine homo producatur. quod ſi aut bubulo capite aut equinis cruribus fœtus gignatur id iam illud naturæ peccatum appellabitur: quando quidem a fine ſibi propoſito aberrauit: quæ quidem omnia cum ſint: manifeſtum erit malum in rebus euenire præter eius a quo agitur propoſitum. quod enim in actionibus ab eo quod agens ſibi propoſuerat: diuerſum exoritur: id præter illius propoſitum eueniſſe fatendum eſt: Malum autem longe a bono diuerſum eſſe omnes norunt præter propoſitum igitur eius a quo agit̃ euenit: Mittam hoc loco ea quæ ui naturæ ducuntur: quorum eadẽ ratio eſt: Sed uideamus actiones humanas: quarum quidem mens noſtra principium eſt: Eſt uis quædam in nobis/penes quam iudicium eſt recti & praui: Hæc formas rerum apprehendit: atq; in id fertur quod iam ſibi ueluti finem propoſuit: quod ſi falſa quadam rei ſpecie deluſa in aliud tendat: iam error enaſcitur quem quis præter intentionem eſſe negauerit: Decernit uis hæc in Mutio Porſenam cluſinorum regẽ: quoniam iniquiſſimus romanis hoſtis ſit trucidandum eſſe. In huiuſcemodi igit̃ cædem ueluti in bonum fertur Mutius. Verum cultus habituſq; ſimilitudine deceptus pro rege regis ſcribam interficit: Hoc autem non ſecus illi præter propoſitum accidit: quam ſi quis aurum ſibi debitum accepturus/aurichalcũ colore metalli deceptus pro auro ſumat: Verum res minime obſcura tandem ſic concludat̃: cum nihil agamus niſi ea ratione qua illud bonum iam eſſe decreuimus: quicqd mali inde exorietur /præter propoſitum erit: Perplacent ea quæ a te hactenus dicta ſunt inquit LAVRENTIVS: Suo enim cuncta ordine procedere uidentur: & ſimul ſunt grauiſſimis argumentationibus corroborata. Vnum tamen eſt quod planius mihi fieri cupio: Nam cum dicebas malum præter eius a quo agitur propoſitum euenire: perſuadebant mihi rationes a te expoſitæ id ita eſſe. Rurſus autem cum rem diligentius penſitarem id occurrebat quicquid præter propoſitum accidit: id forte & caſu & propterea non niſi raro accidere ſolere. Malum autem quomodo aut caſu & fortuna: aut raro accidere dicemus. Nã ut naturalia ad præſens omittam: quibus non raro aut fortuito: ſed ſemper adiuncta priuatio eſt/ nõ ne in uita & moribus hominum longe plura uitia quam uirtutes inuenias: & ea ipſa noſtra uoluntate commiſſa. Aduerte obſecro diligentius quæ ab omnibus qui tibi noti ſunt hominibus aguntur. Quotus enim quiſq; tibi occurret: cuius infinita pene errata non deprehendas. Que quidem non modo uoluntate/ ſed electu quoq; ſuſcipi nemo dubitat. Nam ut Ariſtotelis auctoritatem: quæ propter ſummam hominis doctrinam quemuis mouere poſſit nunc omittam: neq; tanti philoſophi rationes: quibus uitia eſſe uoluntaria probat/nũc referam nunquam in rebus.p. recte adminiſtratis ii qui legis ſapienter iuſteq; tulerunt: tot tamq; grauia ſupplicia aduerſus malos paraſſent niſi plane cognouiſſent ſua ſponte non autem coactos homines peccare. Quando quidem in eo philoſophiæ genere quo uita purgatur: non ex eo quod quiſq; egerit: ſed ex mente qua id egerit uirtutes uitiaq; pendantur: Quapropter cum & frequenter euenire uitia in humanis actionibus & a uolentibus nobis cõmitti animaduertã/non intelli

go quo pacto præter eius a quo committuntur propoſitum eſſe poſſint: Recte tu quidem LAVRENTI inquit BAPTISTA iſta requiris. Neq; eſt cuius facile quæ dixiſti ſoluere: Ego tamen tentabo ſi tibi ſatis in hoc facere poſſim: Quod quo commodius efficiatur/non te lateat de malo ita bipartito diſputari / ut uel in eſſentia quadam uel in eſſentiæ actione illud conſideremus: Dicemus autem malum eſſe in eſſentia cum ſibi quippiam deſit: quod ipſa ſuapte natura non modo habere poteſt: uerum etiam niſi manca futura ſit neceſſe eſt ut habeat. Non igitur tibi malũ erit ſi talaria (uti Mercurius habet) tu non habueris. Huiuſmodi enim natura hominis eſt ut talaria conſequi nequeat. Neq; rurſus malum putandum eſt ſi crines tibi flaui non aſſint. Nam & ſi huiuſcemodi color humanis ciuibus accidere poſſit: fit tamen ſine iactura hominis ut illo careat. Manu autem carere ſine ſuo detrimento nemo poteſt: Animaduertit enim ſapiens natura cum hominem tam excellens animal produceret: non poſſe illum quas attributura erat artes ſine manuum adminiculo exacte exerceret: Quapropter ſi q̃s manibus careat: eo inſtrumento indigebit: ſine quo multa ad uitæ uſum neceſſaria exequi nequeat. Ex quibus quidem rebus illuc deducimur ut malũ id dicamus quod eius rei ſit priuatio/quã & natura homini conceſſerit: & ſine qua bene commodeq; uitam agere non ualeas: Materiæ autem quam hylen græci nominãt & ſi poſſit illa quidem natura ſua facultate formas omnes ſuſcipere: nulla tamen ita debetur: ut hac potius q̃ illa perfecta dicatur: & tamen nullam formam reperies quæ alicui ex iis quæ materia formaq; conſtant non debeatur / nã neq; aqua ſine aquæ: neq; ignis ſine ignis propria forma inaurare poterit. Huiuſcemodi igitur formæ priuatio ſi ad ipſam ſyluam conferatur nullum malum erit naturæ: quandoquidem ſylua nihilo magis ad hanc q̃ ad illam formam inclinetur: Verum ſi conferatur ad id cuius eſt forma erit omnino malum. Nam ſi ſua forma exuatur ignis: quis non uideat id iam malum eſſe igni. Huiuſcemodi igitur ſunt mala quæ in eſſentia aliqua eſſe dicantur. In agendis autem rebus malum accidere dicitur ſi actiones ipſæ ſuo ordine ſuoq; modo careant: quoniam nulla eſt actio cui certus modus: certuſq; ordo non debeatur. Habes quid in eſſentia quid rurſus in actione rei malum putent philoſophi. Tuam autem illam argumentatiõnem: qua quicquid præter eius a quo agitur propoſitum accidit a fortuna & caſũ eſſe conuincere putaſti facile confutabimus: Quæ enim huiuſcemodi ſunt ut quãuis præter tuum propoſitum euenerint tamen id quod tibi agendum propoſuiſti tua ſponte ſequantur: nunquam ea a fortuna eſſe perſuadebis. Quod ut planius fiat breui exemplo demonſtrabo: proponit ſibi bibax ganeo ex uſu eſſe ut uini cretenſis multa ſuauitate fruatur: uerum dum id teneat temulẽtus efficitur. Aduenit igitur illi præter propoſitum temulentia: non tamen fortuito: quoniam uel aſſiduo uel ſæpiſſime crebra eius uini pocula temulentia comitatur: Eandem rationem in naturalibus inuenies: In quibus & ſi generans nihil tale ſibi proponat: ſemper tamen corruptio ſubſequitur. Nunquam enim ex aqua gignitur aer niſi in illa aquæ forma intereat: Quod ſi raro contingat: id iam a fortuna & caſu eſſe poterit ueluti ſi ex humano ſemine monſtrum naſcatur: Hoc enim nõ neceſſario ſequitur id quod ſibi agendum natura propoſuerat: Quin potius

a lum.

illi aduerſatur cum cupiat perfectum generare. In nationibus autem naturæ tunc malum oritur: cum uis quæ agit agendo deficit. Quod quamuis præter illius ꝓpoſitum ſit: non tamen caſu eſſe dicetur ſi frequenter accidat: ſed ſi raro. Verũ de natura alias. Nunc ut ad actiones noſtras de quibus eſt ſermo reuertar: propoſitũ noſtrum omne ad bonum eſt non illud quod nullo ambitu comprehenſum ſit. Vniuerſalia enim quæ ſunt non mouent: ſed ad aliquod præfinitum & loco tem poreq; circumſcriptum. Si huiuſcemodi igitur bonum boni priuationem id eſt malum eſt ſibi coniunctam ſecum trahit: nunquam aut fortunam aut caſum in culpa ponemus: proponis tibi bonum eſſe ſi uenercam uoluptatem ex ea muliere capias: quæ ſit alii nupta. Hic tu non adulterium ſed concubitum quæris: qui tamen ſine adulterio eſſe non poſſit: Non tamen caſu eſt commiſſum adulterium: quamuis præter propoſitum: quoniam ab eo concubitu ſeparari nõ poſſit: Quẽ admodum caſu eſſe dicemus: ſiquis in acie dimicans dum hoſtem loco pellere nititur: ciuem quem protegere cupit forte feriat. Non enim ita hæret ea ciuis percuſſio pugnæ: quæ aduerſus hoſtem committitur ut ab ea ſecerni non poſſit. Quã obrem uel mediocriter intuẽtibus apparebit uitia: quæ in rebus agendis committuntur/& ſi præter propoſitum ſint/eſſe tamen uolũtaria non quia ſui gratia illa uelimus/ſed quia ueluti corpus umbra ſemper ſequitur: ita illa id quod ſui gratia uolumus ſemper comitantur: uolũtas enim & earum rerum recte dicitur quas alterius rei cauſa uolumus: q̃uis illas ſui cauſa & ſimpliciter minime uelimus. Nautæ enim in ſumma tempeſtate conſtituti ſalutem ſibi proponunt: Verum cum illam onuſto nauigio conſequi nequeant/merces proiciunt uolentes & eas quidẽ præcioſas. Sua ergo ſponte iacturam faciũt: non tamen ſimpliciter ſed ſalutis cauſa: Quæ omnia ſi recte tenes: id etiam intelliges nihil omnino ex omnibus quæ ſunt malum eſſe: Ipſum autem malum priuationem iure appellari: quæ nulla omnino ſit eſſentia ſed negatio in eſſentia. Quod autem omne quod eſt id bonum ſit: ex eo perſpicuo patet: quia quæcũq; ſunt: nullam aliam rem magis appetunt q̃ ut ſint: Hoc autem niſi bonum eſſet: nullo pacto appeterent: Nulla igitur eẽntia mala. Nullum ergo malum erit eſſentia. Adde ſi placet & hoc: quicquid enim eſt aut actu aut facultate eſſe dicitur. Nec præterea quicquam reperias quo aliqd eſſe poſſit: Actus uero qua ratione alicuius rei actus eſt bonum erit. Omnia enim tũc perfecta dicuntur cum actu exiſtunt. Sed & facultatem ipſam bonam eſſe oportebit. Nam & per illam in actum deuenitur: & ipſa actui per quandam analogiam adhæret: neq; ullo pacto contraria eſt. Eſt itidem & in eodem genere: Quicquid igitur eſt quacũq; ratione ſit ex eo quod eſt bonum eſt: Igitur malum nullam habet eſſentiam. Præterea conſtat apud metaphyſicos quicquid eſt: id omne eſſe a deo. At cum deus ſummum bonum ſit ab eo effectum malum eẽ nemo ſanæ mẽtis dicet. Cui ſententiæ illud ex geneſi uehementer quadrat: Vidit deus cũcta quæ fecerat: & erãt ualde bona. Puto plane iam tibi demonſtratum nullam eſſentiam malum eſſe. Plane quidẽ inquit LAVRENTIVS & iis argumentationibus: quæ non ſolum inuitum cogant: ſed uolentem quoq; ducant. Itaq; cum ea audio totum me illis dedo: Rurſus autem cum mecum rem reputo. non uideo ſi uere enũciatur eſt malum in rebus cur non uere dicatur malum eſſentiam eſſe: An obſe-

cro te non recte dicetur cæcus eſt Appius Claudius. Quod ſi recte dicitur: nõne
recte dicetur eſſe aliquid cæcitatem: q̄ priuationem eſſe omnes intelligimus. Re-
cte quidem inquit BAPTISTA. non tamen ſimpliciter: neqꝫ una eademqꝫ ratio
ne: Aliquid enim eſſe duobus modis dicimus & eo quo ſignificatur eſſentia rei
quæ in decem illa quæ prædicamenta appellant dialectici diuiditur: & eo quo ue-
ritatem alicuius enunciati exprimimus: licet ergo omnibus doctis approbãtibus
hoc ſecundo modo malum & priuationem eſſentiam dicas: cum ipſa priuatione
ueriſſime dicatur aliquid eſſe priuatum: primo autem modo minime licet. Sed
de natura mali hactenus. Id autem nonnullis abſurde fortaſſe dici uidebit᷑ Mali
cauſam non malum eſſe ſed bonum: Quod tamen ita uerum eſt/ut aliter nullo
pacto eſſe poſſit: Nam ſi malum mali cauſam dicas: memineris eius quod iam de
mõſtratum eſt nullum malum agere niſi ex ipſius boni ui agat: Quapropter pri
mam mali cauſam bonum dicemus: Sed & illud nonne magnum rei momentũ
affert. Nam ſi malum nihil eſt quomodo quod nihil ſit cauſa eſſe poteſt. Quid
ergo dicemus: hoc ni fallor: Si quicquam mali cauſa eſt eam cauſam bonum eſſe
non tamen ex eo fine quem ſibi ꝓponit: Ea enim quæ inter ſe appoſita ſunt: nun
q̄ erunt alterum alterius cauſa: ſed ex eo quod præter ꝓpoſitum finem euenit. Vi
demꝰ enim caloris cauſam frigus. Vnde eſt illud & boreæ penetrabile frigus adu
rat. non quia ea ſit propria frigori uis ut calefaciat. Sed alia quadam ratione. Du-
cit igit᷑ originem a bono malum: non natura boni: ſed ſua imbecillitate cuius rei
apertum a natura exemplum capere poſſumus. Eſt uis quædam in animante cui
hoc a natura negocium demãdatum eſt: ut cibaria in ſtomachum iam ꝓlapſa de-
coquat. Hoc igit᷑ ſibi proponit uis decoquendi: Quod ſi inualida effecta munꝰ
ſuum implere nequeat: decoctio illa imperfecta relinquit᷑: & chilus crudus in ſto
macho hæret. Peccat igit᷑ uis dum agit non uolens tamẽ: ſed ex ſua imbecillitate.
Nam ipſa quidem agens non metitur actionem ex imbecillitate: Sed q̄uis propo
nat rem ad exitum perducere ꝓpter imbecillitatem inter agendum deficit. Euenit
autem nonnunq̄ ut ualida quoqꝫ uis: & ad agendum ſibi ſufficiens: tamen q̄a in-
ſtrumentum quo uſura eſt ineptum nanciſcit᷑ rem perficere non poſſit: Vis enim
qua motus crurum in rectum greſſum excitat᷑ ualida eſſe poteſt: ſi tamẽ crura qui
bus ueluti inſtrumento ad greſſum formãdum utitur deprauata ſint: nunq̄ rectũ
greſſum præſtabit: Non enim Horatio cocliti uis deerat qua rectum greſſum for
maret: ſed alterum crus uulnere deprauatum illi nõ obtemperabat. Puto te intel-
ligere quo pacto deprauationes quædam actionibus accidunt tum ab inualitudi
ne qua debilitatur uis quæ agit: tum ab inſtrumenti prauitate: ex qua ineptũ red-
ditur. Verum ut actioni prauitas aduenit/ſic & id quod ex actione oritur: in ma-
lum icidere poteſt. Quo tẽpore aut materia aut forma in culpa erit. Eſt uis in ui-
rili ſemine ut ex muliebri ſanguine hominem formare poſſit. At ſi materiam cui
humana forma imprimẽda ſit repugnantem atqꝫ omnino contumacem nacta fu
erit/non iam hominem ſed portentum aliquod informabit: Quod quidẽ pec-
catum quis a materia eſſe non fateatur: Formæ autem ipſi adiũcta ſit alius formæ
priuatio neceſſe eſt: Ergo cum natura ex aqua aerem creare nititur: ꝓponit ſibi ae
ris formam: priuatio autem eius formæ: quæ aqua eſt præter ſuum propoſitũ ad-

uenit.Eandem rationem & in artibus deprehēdas.Ars enim naturam quoad ua
let ſemper imitatur. Sed neſcio quo pacto cum de eo malo quod in uita & mori-
bus patratur:inueſtigādum nobis propoſuerimus:iam ſecundo in naturam rela-
bor.Itaq̃ hac omiſſa ad illud tādem redeamus:primumq̃ omnibus philoſophis
omnibuſq̃ chriſtianis auctoribus non in eo quod ab actione prouenit:ſed in ſo-
la ratione collocemus.Non enim quid factum ſit:ſed qua mente factum animad
uertunt.Q uapropter quatuor ueluti principia ponunt.Cum enim ſe nobis ali-
quid offert:mouetur ea re ſic oblata uis quædam animorum noſtrorum:ut illam
cognoſcat:tandemq̃ decernit aliud bonum eſſe/aliud contra malum:Q uapro-
pter cum iam ſeſe res obtulerit:cum iam ſecundo loco ſit de ea iudicium factum:
excitatur tertio loco uoluntas: ut hoc quidem ſequamur: illud uero fugiamus.
Q ua quidem uoluntate ita iubente motus poſtremo in corpora inſurgūt : ut id
membra exequantur quod uoluntas antea decreuerit.Neq̃ igitur a duobus illis
primis principiis neq̃ ab hoc poſtremo uitium ſpectatur:ſed a uoluntate quā in
ordine tertiam poſuimus:Non enim eo Verres peccauit quod tabulæ ſignaq̃ ac
reliqua ſiculorum pretioſiſſima ſupellex illi ſeſe offerret:Non rurſus quia iudica
ret fore ſibi ex uſu huiuſcemodi ornatu abundare:ſed quia rapere uoluit cū uſq̃
adeo ex ſola uoluntate res pendat:ut etiam ſi non rapuerit:tamen quia rapere uo
luerit ſcelus commiſſum ſit:Non enim interfecerit ne an non interfecerit:ſed uo
luerit ne interficere in culpa eſt:Defuerunt uires.P.Clodio quo minus Annium
Milonem occidere poſſet:Q ua quidem in re ſi naturæ uitium quæras: peccauit
ea uis:quæ mentis propoſitum non impleuit:ſi uero ad morem te conuertas non
actus corporei motus ſed uoluntatis actus crimen concipit:Diceturq̃ iure homi-
cida Clodius quia Milonem uoluit occidere:Fac autem occidiſſe cum minime ta
men uoluerit occidere ſtatim crimine abſoluetur:Q ui enim non ex uoluntate:
ſed uel ex infirmitate uirium quas modo poſui uel ex inſcitia rem quampiam cō
mittunt:ii non modo culpa carent:uerum etiam cōmiſeratione ſæpiſſime digni
putantur.Q uis enim cum illud de Cephalo in procrin legit etiam ſi fabuloſum
putet:non ſolum illum crimine liberat:Sed ſumma inſuper cōmiſeratione proſe
quitur:cum animaduertat hominem ex inſcitia dum feram uulnerare putat : ca-
riſſimam ſibi coniugem percuſſiſſe:cuius morte in ſummum mœrorem ac luctū
paulo poſt caſurus eſſet:Vides igitur a uolūtatis actu ueluti a ſua origine uitium
in moribus fluere:Verum cum iam conſtet imbecillitatem actionis prouenire ex
infirmitate primi agentis rem hanc planius exponendam cenſeo:Videamus itaq̃
in quo deficiat uoluntas ante commiſſum facinus.Q ui quidem defectus ſibi a
natura non erit:ſemper enim adhæret/ſempq̃ peccaret:neq̃ rurſus eſt caſu & for
tuna:eſſet enim extra nos:Eſt igitur uolūtarius.Sed ut uideas unde ſit error hoc
accipe.Vis eius rei quæ agit ab eo agente perficitur quod ſupra ſe eſt:Donec enim
id quod ſecundo loco agit perſeuerat in ordine primi agentis munus ſuum abſo
lute peragit:Si autem ab illo declinet nullum iam remedium eſt qn aut ſtatim
aut paulo poſt deficiat:In gyrum uertitur circulus qui manu humana torquet.
Hic idem ſi manu declinet a motu ceſſabit:Ergo igitur ut ad rem redeam nuper
dicebam duo eſſe principia:quæ uoluntatem anteirent:Res quæ ſeſe nobis offe-

Res
Cognitio
Voluntas
Motus

runt:& uis quædam quæ illas oblatas ſuſcipiat:At cum quicqd huiuſcemodi eſt:
ut moueri poſſit aliquid habeat proprium a quo moueatur:non omnis percipiē-
di uis omnem appetitum mouebit.Nam quæ ſenſibilia percipit cum dūtaxat ap-
petitum qui a ſenſibus eſt mouere ualet:Ratio autem proprie uoluntatem moue
bit:Rurſus cum ratio uaria bonorum genera percipere poſſit cuiuſlibet autem ſit
proprius finis:Erit uoluntatis quoq; ꝓprius finis & primum quo moueatur nō
bonum quodlibet:ſed certum aliquod ac præfixum.Si igit̃ mens noſtra ac uolū
tas perceptione eius ratiōis moueat̃/quæ rectum bonorum malorūq; iudicium
teneat recta inde actio exorietur.Sin autem ab iis exorit̃ quæ falſo ſenſuum iudi-
cio bona eſſe decreta ſunt:cum minime ſint bona ſtatim peccat in uita & morib9
uoluntas.Peruerſio igit̃ ordinis qui eſt ad rationem & ad proprium finem gignit
peccatum in actione.Ad rationem quidem cum ad ſubitam ſenſus perceptionem
uoluntas fertur:in id quod ſi recte perſpicias bonum non eſt:ſed quia ſuis illece-
bris ſenſus demulſit:ab illis bonum iudicatur.Eſt rurſus cum ratio ipſa minime
decepta id bonum eſſe decernit:quod uere bonum dici poteſt.Hoc tamen tēpo-
re aut hoc modo bonum eſſe negatur.Voluntas tamen in id fertur nullam ordi-
nis rationem habens.huiuſcemodi igitur ordinis peruerſio uoluntaria eſt:ꝓpte-
reaq; uitio non caret:Loquacior fortaſſe ſum q̃ par eſt in natura mali.Addam ta
men ex iis argumentationibus quibus demonſtratum eſt malum nullam eſſenti-
am eſſe:atq; ob eam rem per ſe ſubſiſtere non poſſe:facile animaduerti id aliquo
in bono ſemper eſſe oportere:Verum idem hac quoq; ratione probatur:Cū ma-
lum dicimus priuationem dicimus:hoc enim iam conuici:Priuatio autem ipſa &
forma qua res priuatur in eodem ſunt.Id autem quod formæ ſubiicitur huiuſce-
modi eſt/ut ſua natiua facultate formam ſuſcipere ualeat:Hoc autem quis bonū
negabit cum eodem in genere & ipſa ſiue facultas ſiue potentia & actus qui inde
eſt omnino conſiſtant.Præterea malum ea ſolum ratione malum dicit̃ quia no-
cet.At non nocet malo.Eſſe enim bonum ſi malo pernitiem afferret.Nocet igitur
bono.Non autē ſi de rei forma loquamur noceret niſi in eo eſſet.Quæ enim cæ
citas polyphemo nocebit:niſi ſit in polyphemo cæcitas:Verum cum malum bo-
no opponatur:quo pacto utriq; idem erit ſubiectum.oppoſitoꝝ enim alteꝝ/alte
rum pellit.hoc ſi dicas ita tibi reſpondebo.Quicquid ens dici poteſt idem & bo-
num dicitur:Non autem abſurdum eſt ut non ens in ente ſit:quælibet enim pri-
uatio in aliqua eſſentia eſt:quæ eſt ens & tamen non eſt in ente ſibi oppoſito.Si
enim cæcitatem dico hoc non ens cōmune quidē minime eſt ut uiſum ubiq; tol-
lat:Ergo non eſt in uiſu ueluti in ſuo ſubiecto ſed in animante.Quæ quidē om
nia eo tēdunt:ut non poſſit ita ſummum malum inueniri:ut inuenitur ſummū
bonum.Quod enim ſummum malum futurum ſit id ſine alicuius boni cōſor-
tio eſſe oportet.At nullum malum a bono omnino ſeparatū eſſe inuenies.Quā
doquidem ut paulo ante oſtendimus ſuas in bono radices malū egit:& in eo ſuū
ut ita loquar fundamentum iecit:Præterea ſi mihi dabis aliquid ſummum malū
futurum eſſe id ita ſua eſſentia malum futurum erit/ut ſua eſſentia ſummum bo
num eſſe uidemus.At malum eſſentiam nullam habere iam demonſtratū eſt.Ita
quod primum principiū eſt eius nulla cauſa eſſe poteſt:nō enim eſſet primū prin

cipium ſi eſſet cauſa unde penderet:mali autẽ cauſam bonũ eſſe diximus. Adde & hoc.cauſa enim quæ per ſe cauſa dicitur:ſemper prior eſt illa quæ per accidens cauſa dicitur. At malum non eſt cauſa niſi per accidens. Non igitur inuenitur ſũmum malum. Hæc ſunt quæ de plurimis longeq̧ excellentioribus quæ Leo Baptiſta memoriter dilucide ac copioſe in tantorum uirorum conſeſſu diſputauit: meminiſſe ualui. In quibus cum abunde Laurentio ſatiſfactum eſſet:ſolq̧ iã meridiem aſcendiſſet:nos omnes ita adhortante Mariotto hoſpite liberaliſſimo ſurreximus:illumq̧ ſecuti ad reficienda corpora diſceſſimus.

CHRISTOPHORI LANDINI FLORENTINI CAMALDVLENSIVM DISPVTATIONVM AD ILLVSTREM FEDERICVM VRBINATVM PRINCIPEM LIBER TERTIVS IN .P. VIRGILII MARONIS ALLEGORIAS.

CVm ſtatuiſſem eum ſermonem Illuſtriſſime Federice litteris mandare/quem Leo BAPTISTA Albertus nõ ſine ſumma oĩum qui affuerunt admiratione:atq̧ ſtupore de iis figmẽtis habuiſſet:in q̃bus.P.Virgilius ꝓfundiſſimam illam ſciẽtiam occultat:qua ſummũ hoĩs bonum diuinitus deſcribit:& qua uia ad id ꝓficiſcamur/mirifice exprimit:uerebar ne in nõnullorum hoĩum reprehenſionem inciderem:qui cuncta ex ſui ingenii imbecillitate metientes:& Maronem ipſum nihil præter fabellas:quibus ocioſas auditorũ aures delectaret/cõmẽtum eſſe credant:& nos pro arbitrio noſtro quæ dicimus omnia finxiſſe exiſtiment. Qui quidem ſi quid poetæ ſint:ſi quam eorum origo uetuſta appareat ſecum reputent:ſi q̃ magna/q̃ uaria doctrina plurimi in eo artificio floruerint/conſiderent:cognoſcent profecto id quod grauiſſimorum philoſophorum iudicio comprobatum uidemus/nullum eſſe ſcriptorum genus: qui aut magnitudine eloquentiæ.aut diuinitate ſapiẽtiæ poetis pares fuerint: Qua quidem re Ariſtotelem uirum excellenti ingenio & doctrina poſt Platonem omnino ſingulari motum crediderim:ut eoſdem priſcis temporibus theologos poetaſq̧ fuiſſe affirmet: Et profecto ſi poeſis ipſa quid ſit diligentius intueamur:facile erit noſſe non eſſe illam unam ex iis artibus:quas noſtri maiores/quoniam reliquis excellentiores ſunt/liberales appellarunt: in quarum una altera ue ſiqui floruerunt:in maximo ſunt ſemper pretio habiti:ſed eſt res quædam diuinior:quæ uniuerſas illas complectens certis quibuſdam numeris aſtricta:certis quibuſdam pedibus progrediens:uariiſq̧ luminibus ac floribus diſtincta/quæcũq̧ homines egerint/quæcũq̧ norint:quæcũq̧ contemplati fuerint: ea miris figmẽtis exornet: atq̧ in alias quaſdam ſpecies traducat:ut cum aliud quippiã multo inferius:multoq̧ humilius narrare uideantur:aut cum meras fabellas ad ceſſantium aures oblectandas ludere credantur:tum maxime excelſa quædã:& in ipſo diuinitatis fonte recondita promant: Quo quidem gratiſſimo errore tandem animaduerſo auditor non ſolum in ſummam rerum cognitionem deueniat:ſed mira etiam uoluptate ex figmento perfundatur. Quam quidem rem diuinam potius q̃ humanã

Plato.

eſſe cui potius q̃ Platoni crediderim? Ille enim in Ione dicit poeſim non arte hu-
mana tradi: ſed diuino furore noſtras mentes irrepere. In eo autem qui phædrus
inſcribitur/cum tria alia diuini furoris genera explicaſſet/quartum furorem/quẽ
poeticum eſſe uult/huiuſcemodi(ni fallor)ſententia exprimit. Refert enim dũ
in cæleſtibus ſedibus uerſarentur animi noſtri / & eius harmoniæ quæ in æterna
dei mente conſiſtit: & eius quæ cælorum motibus conficitur/illos participes fuiſ-
ſe. Verum cum deinde mortalium rerum cupiditate degrauati/proptereaq; ad in
feriora iam deuoluti corporibus incluſi ſint: tunc terrenis artubus ac morbũdis
membris impeditos/uix eos concentus qui humano artificio comparantur/auri
bus percipere poſſe: qui & ſi a cæleſti harmonia longe abſint: nihilominus quoni
am ueluti ſimulacra quædam ac imagines illius ſunt/nos in tacitam quãdam cæ-
leſtium recordationem inducunt: ac ardentiſſima cupiditate ad antiquam patri-
am reuolandi inflammant: ut ueram ipſam muſicam/cuius hæc adumbrata ima
go ſit/pnoſcamus. Interim uero quo ad permoleſtiſſimum corporis carcerem no-
bis licet/hac noſtra illam imitari cõtẽdimus. non uocum modulationibus ueluti
uulgares quidã & leuiores muſici cõſueuerunt: quos auriũ ſenſus demulcere poſ
ſe nõ negauerim: quicq̃ aũt præterea præſtare poſſe nõ cõcedo: Sed grauiori quo-
dam iudicio diuinam harmoniã imitati/pfundos intimoſq; mentis ſenſus elegã
ti carmine exprimũt: atq; diuino furore concitati res ſæpe adeo mirabiles: adeoq;
ſupra humanas uires cõſtitutas grãdi ſpiritu proferunt: ut cum paulo poſt furor
ille iam reſederit: ſe ipſos admirentur/atq; obſtupeſcant. Quapropter non ſolum
auribus adulantur: ſed ſuaui nectare/& diuina ambroſia mentes demulcẽt. hi igit̃
diuini uates ſunt/& ſacri muſarum ſacerdotes: hi iure optimo ſancti ab Ennio ap
Ennius.
pellantur: his ſolum diuinitus cõceſſum eſt/ut carmine modo iocũde ſuauiterq; la
benti: modo grauiter alteq; ſurgẽti: modo uehemẽti impetu ruẽti: modo in ſeda
ti amnis morem fluẽti: nõnunq̃ copioſe exundanti: nõnunq̃ breuiter atq; cõpreſ
ſe pgredienti/quocũq; uelint auditorem rapiãt. quãobrem quoniã diuinior uehe
mẽtiorq; in illis ſpiritus inſurgit: ab huiuſmodi uehemẽtia uates appellantur. Græ-
ci aũt ipſos poetas dixerunt: eo quod apud illos ποιεῖν facere ſignificat. At ,di-
ces fortaſſe nõne & reliqui ſcriptores ſuorum librorum poetæ id eſt effectores iure dici
poſſunt? poſſunt illi quidẽ. Verũ quoniam hi ſoli & dicẽdo ſimul & intelligẽdo
ni reliquos oẽs longe ſuperant/nomen id quod oibus ſcriptoribus cõmune eſſe
oportuit: ueluti ſuum ac pprium ſibi uẽdicauerunt. Et pfecto quicũq; uates hoc
noie digni fuerũt: ii ſupra humanam uim aliqd poſſe uiſi ſunt: cuius rei teſtimo-
nio eſſe poſſunt priſci illi uiri: quos poetas fuiſſe cõſtat: nam apud hebræos Moy
ſes uir bello inuictus: qui & ægyptios ab æthiopibus & ab ægyptiis hebræos libe-
rauit; nõne eius uerſibus: uerſibus enim uolumẽ cõſcripſit: oẽm diuinitatẽ cõſcri
pſit: oẽm diuinitatẽ cõplexus eſt. uir adeo priſcus/ut cum octoginta iam natus an
nos iudæos e ſeruitute educeret: Cecrops athenis regnaret. Nam quæ ea ſint quæ
Idumæus Iob ſuis carminibus mãdauit: neminẽ ex iis chriſtianis qui paulo docti
ores habẽt/latere puto. At hic ut ex libro ſuo cõiectari licet tertia ætate poſt iſrael
natus eſt: nec nũc pſeqr quãta q̃liaue ſint quæ carminibus Dauid regis: q̃ eius filii Sa
lomonis: quæ deuteronomii: que Iſaiæ cãtico cõtinentur: Egregiũ oino inuẽtũ/&

continuata deinceps ſerie ſemper retentum : ut non modo poetæ : uerum cæte-
ri quoq; ſcriptores quicunq; rem aliquam maiorem litteris mandarent:eam ua-
riis figmentis/uariis figurarum integumentis obſcurarent : putabant enim fo-
re ſi negocium difficilius redderent : ut & quæ ſcripſiſſent : maiorem eſſent di-
gnitatem auctoritatemq; habitura : & qui percepiſſent : quoniam non ſine la-
bore atq; induſtria id aſſequerentur : ea pluris eſſe facturos . maioremq; inde
uoluptatem percepturos ſi quæ ipſi tenerent minime ſibi cum indoctis commu
nia eſſent . Hac igitur ratione a ſanctis ſacriſq; rebus profanos arcebant . non
inuidia moti/ſed ut aliquod inter ſollertem atq; mentem diſcrimen appareret:
cum non idem ocioſus quod ſtudioſus aſſequeretur : ſic enim & premia quæ
doctis debentur ſolis illis proponebantur : & cæteri ut iiſdem artibus quando
reliquis non proficerent / niterentur ſummopere accendebantur . Difficultate
enim & inopia rei mortalium ingenia acuuntur : uincitq; omnia labor impro
bus: & duris urgens in rebus egeſtas : Q uam quiſquam ſcribendi rationē græ-
ci quoq; ſecuti ſunt : quorum & Orpheum thracem:& atheniēſem Muſeum/&
thebanum Linum antiquiſſimos fuiſſe accepimus : Verum Lini Muſeiq; uix
ueſtigia extant: Orphei autem poemata in quibus multa de ui diuina:nec pau
ca de rerum natura continentur : ad eam quam diximus formam conſcriptitaſ
ſe/facile eſt cognoſcere : de reliquis uero qui deinceps floruerunt/nihil dicam:
Fabularum enim figmenta quibus aut deorum/aut rerum naturam/aut ea quæ
ad uitam & mores pertinent obſcurius quidem/ſed maxima cum dignitate ex-
primunt : rem manifeſtam reddunt . Q uapropter cui mirum uideatur:ſi om-
nis ætas:omnes nationes:Omnes qui aliqua uſquam doctrina excelluerint: poe
tas ſemper maximi fecerint.Nam ut reliquos ad præſens omittam/q̄ multos q̄
maximos in philoſophia locos Ariſtoteles tantus uir poetarum teſtimonio cor-
roborat:quibus quidem niſi tātū tribuiſſet:nunquā neq; de poetis duos:neq;
de arte poetica tres libros accuratiſſime conſcripſiſſet . Q uanti autem hoc homi
num genus Plato faciat: ipſe in libro de re.p.facile oſtendit: quoniam nihil ue-
hementius mentis intima penetrare/quā poeſim affirmet.At dicet aliquis nō ne
in libro de legibus idem Plato poeſim reiiciendam cenſet:nuſquam ille hoc.Sed
eam reiiciendā admonet: quæ more tragico pturbatos animos imitatur:quæ ue-
ro laudes canit deorū:patria inſtituta deſcribit:mores edocet:probos uiros extol
lit:improbos deprimit/accipiendam iubet.Deniq; nōnullis in locis aliquod poe
tarum genus uituperari ab hoc philoſopho inuenias. Poeſim autem ipſam quā
do nō ut diuinam extollit.quas quidem res cum diligentius ſecū reputauerint
qui conſilium noſtrum damnant:ſentētiam illos ſuam immutaturos exiſtimo:
qui tamen ſi nos carpere uoluerint:potius temeritatis arguant:quoniam ea quæ
ſupra noſtras uires ſunt/aggreſſi fuerimus:quā aliquid quod Maro non uide-
rit : nos uidiſſe putent : Ego autem quāuis non tantum mihi arrogem :ut hu-
ius poetæ diuinitatem ſatis pro dignitate explicare poſſim:non tamen inutile fu
turum putaui:ſi noſtra induſtria/quantulacunq; ea ſit/doctiores uiros ad maio-
ra de Aeneide demonſtranda excitaro : qui cum nos non omnia potuiſſe intelli
gēt:aut indignatione nō omnino iniuſta aduerſus nos incitati ; aut benefica co-

rum natura erga huiuſcemodi doctrinæ cupidos excitatí: & errata noſtra corri⸗ gant: & ſi qua deſint addant: Qua quidẽ in re non modo emendari me æquo animo feram: ſed ultro iam nunc omnes qui hoc poſſunt ut id faciant uehemẽ ter oro. Nam cum maxime proprium hominis putem: & quod ipſe uiderit li⸗ benter aliis oſtendere: & quod neſciat ſtudioſe adiſcere: cum in hoc ſibi ipſi in il lo reliquis profuturus ſit: ego ſic uitam inſtitui: ut & quicquid in me eſt liberaliſ ſime effundam: & a nullo mortalium quæ mihi deſint/ſumere dedigner: ad quẽ autem noſtra hæc potius qualiacunq; ſint ſcribam: quam ad te Illuſtriſſime Fede rice: qui & Maronis præter cæteros ſtudioſiſſimus ſemper fueris: & cum reliqui italiæ principes in eo omnem induſtriam ponant: ut quãmaximos ſibi theſauros comparent: auriq; atq; argenti aceruus magis magiſq; indies creſcat: tu maxi⸗ mam tuarum opum partem in muſarum/& eorum qui muſas colunt ornamen ta liberaliſſime effundas: ut iam quemadmodum Homericus ille Agamẽnon confidebat/ſi decem alii ſibi Neſtores adeſſent: fore ut breui Troiam capturus eſſet: ſic nos pro comperto habeamus ſi Itali populi non dicam decem ut ille: ſed duos præterea Federicos haberent: breui futurum/ut uniuerſa italia alteræ Athenæ futura ſit: ſed de cæteris alio loco: Non enim in hunc ſermonem hoc tempore uenimus: ut quẽquam carpamus: ſed ut te ſic de litteratis hominibus meritum/quãmaximis poſſumus laudibus proſequamur: qui quãuis ſolus ex omnibus qui in imperio conſtituti ſunt/has partes tuearis: tamen ita late patet tua in oẽs litteratos liberalitas: ut non pauciores ex ea & poetæ & oratores: & om nium rerum ſcriptores prouenturi ſint: quã ii fuerint: quos olim Nicolaus ille quintus pontifex maximus: quem omnes uidimus ſuis pulcherrimis muneri⸗ bus/ac maximis premiis prouocauit: qui quidem tuo beneficio ad ſtudia excita ti: & ſibi gloriam ſua doctrina ſuaq; eloquentia uendicabunt. & te talem muſa⸗ patronũ etiam tũc cum multorum principum/qui & nũc uiuunt/& olim regna⸗ bũt/fama ſepulta iacebit in æterna ſemperq; recenti memoria uiuum retinebũt. Verũ hæc quoniam omni luce clariora ſunt: longius proſequenda non cenſeo: Præſertim cũ ipſa iam res poſtulet: ut diuinum doctiſſimi uiri Baptiſtæ ſermonẽ ego quantum memoria repetere potero/ſuo ordine referam. Ille enim cum be⸗ ne mane ad conſuetum locum ueniſſemus: & mira audiendi cupiditate inflam mati ab eius ore ſummo cum ſilentio penderemus/huiuſcemodi principio diſ⸗ putationem exorſus eſt. Cum eius poetæ mentem tibi Laurenti aperiri cupias: qui uel ex omnibus regionibus: quarum habitatores hiſtoria cognoſcant: uel ex omnibus ſæculis: quæ ad noſtram uſq; memoriam ſcriptorum beneficio per uenerint: ſi non primus primo tamen par æqualiſq; exiſtat: nõ poſſum meo ora tionis ingreſſu tantæ rei magnitudine non penitus perturbari. Nemo modo me diocri ſit doctrina imbutus hunc uirũ ui ac copia dicendi ipſam (ut ita loquar) eloquentiã ſuperare unquam dubitauit. Nam cum tres in dictione ſiue figuræ ſint/ſiue characteres: in quorum uno ſiquis excelluerit maximam ſit glori⸗ am adeptus. Quis non uidet non ſolum in ſingulis ſuis uoluminibus ſin⸗ gulos adimpleſſe: Verum paucis ſæpe uerſibus ita omnes cõfudiſſe/ac permi⸗ ſcuiſſe/ut miro quodam temperamento ueluti ſi diuerſæ uoces concẽtum ſua⸗

uiſſimũ conficiant/incredibilem auribus uoluptatẽ pariat. Ex quatuor aũt dicẽ-
di generibus ita opus contexit: ut neqꝫ ocio copia: neqꝫ negocio breuitas deſit. Vi
debis quædã ſua ſiccitate atqꝫ ariditate placere: quædam uero ueluti floſculis il-
luſtrata atqꝫ diſtincta delectare. Sunt deniqꝫ cuncta eo artificio conſtructa: ut un-
de oĩa ad oẽ elocutionis genus exempla potius q̃ hinc ſumas/ſcriptum nullum
inuenias. Adde ad hæc cognitionem hiſtoriarũ: Adde quã diligentiſſimus anti-
quitatis & non modo noſtrarũ rerũ: ſed & græcarũ/ & oium nationũ inueſtiga-
tor extiterit: q̃ priſcorum uerborum obſeruãtiſſimus fuerit: q̃ elegãter quædam
noua ex ſe formauerit: quã ꝓprie omniũ uim tenuerit. Prætereo ius ciuile: omit
to ius pontificiũ. nihil dico de iure augurũ: quæ oĩa ita tenuit. ut non ab aliis ac
cepiſſe: ſed ipſe conſtituiſſe uideatur. Hæc igitur & eorum ſimilia ſi a me tibi ex-
plicanda peteres: ac ut ſingulos in eo poeta locos diligentius aperirem contende
res: & operoſum ſimul & difficile mihi negociũ imponeres. Q uis enim illa pul-
cherrima excellentiſſimaqꝫ/ac ſummo artificio recondita non iudicet: ſed ſunt ta
men a multis iiſdemqꝫ doctis uiris patefacta. Q uod autẽ petis id & multo di-
uinius eſt: & magis in obſcuro latet: & a nullo quod ego quidẽ ſciam/ hactenus
ſua ſerie patefactum. quod neqꝫ grãmaticus neqꝫ rhetor nouerit. ſed ſi ex intimis
philoſophiæ arcanis eruendum. Vis enim noſſe quid per ſua illa enigmata de Ae
neæ erroribus: deqꝫ eius hominis in italiã profectione ſibi Maro uoluerit. Q uã
quã ſunt nõnulli/qui cũ ea quæ paulo ante dicebam pro maximis admirentur:
atqꝫ in ipſis ſũmã abſolutamqꝫ poetæ laudem contineri putent: nihil maius in eo
uate ſuſpicent̃: Q uos tamen ſi roges quid ſibi in ea re Virgilius perficere uolue
rit: Homerum imitandũ ſibi propoſuiſſe affirmabũt: Addentqꝫ neqꝫ ingeniũ ne
qꝫ doctrinam: quo minus id p̄ſtare poſſet ſibi defuiſſe: Q uod nobis cũ dederint
ſuccũbat penitus neceſſe eſt. Habemus enim (ut grãmaticoꝝ ĩfinitã pene turbã
omittã) multos eoſdẽqꝫ grauiſſimos philoſophos: qui Homerũ oẽm ægyptioꝝ
doctrinã hauſiſſe: eãqꝫ more illoꝝ uariis figmẽtis adũbraſſe cõtẽdãt. Q ua in ſen
tentia niſi Ariſtoteles fuiſſet nunquã homericarũ ambiguitatũ libros ſex ſcripſiſ
ſet. Nã quid Baſilius & doctrinæ magnitudĩe/& moꝝ ſanctitate magnus cogno
minatus de homine ſentiat: facile eſt iudicare: qui totã Homeri poeſim laudẽ/
uirtutis continere dixit /ſecutus ut puto Anaxagoram Clazomeniũ: qui quidem
idem de hoc poeta affirmauit: Archeſilas uero mediæ academiæ inuẽtor tm̃ Ho
mero tribuit: ut nunquã ſe in lectũ receperit: quin prius aliquid ex eo legerit: Sed
& in lucem ſe ad amaſium ire dicebat: quo ſibi eius legendi maior copia daretur.
Verum quid reliquos nunc colligam: cum unius Platonis teſtimonio nihil ſit
quod probari non poſſit. Is igitur in eo uolumine quod de ſũmo bono ſcripſit
omnes artes ſiue diuinæ ſiue humanæ illæ ſint in unum Homeri poema ueluti
in proprium receptaculum confluxiſſe affirmat. Q uamobrem animaduertens
Maro doctrinam huius hominis ex ægyptiorum ſacerdotum fontibus hauſtam
ſimillimam cum Platonicis: quorum ſtudioſiſſimus fuit/rationem habere eam
uſqꝫadeo admiratus eſt: ut idem in ſuo Aenea efficere uoluerit: quod ille antea
in Vlyxe finxerat: Q uapropter pulcherrimis poeticiſqꝫ figmentis eum nobis
uirum informauit: qui plurimis ac maximis uitiis paulatim expiatus: ac deiceps

miris uirtutibus illuſtratus id quod ſummũ homini bonũ eſt: quodq́ niſi ſapiens nullus aſſequi põt/tamen aſſequeret̃. Verũ cũ illud in rerũ diuinarum ſpeculatione conſiſtere a Platone didiciſſet/ſimul & illud didicit eo antea minime perueniri poſſe/q̃ animi noſtri uirtutibus illisiquæ de uita & moribus ſunt expiati penitus reddantur. Cum Socrates ipſe purũ impuro attingere fas eſt/eſſe neget: Quapropter non ſolum fines bonorũ nobis mirifice expreſſit: Verum etiam qua uia qua ue ratione eo euadere tandem homini liceat demonſtrauit: Ne qua pars eius philoſophiæ/quã græci ethicen/nos de uita & moribus nominamus: prætermitteretur: in ea enim nos nihil aliud quærimus niſi primum bonorum malorumq́ fines: deinde officia/quibus ueluti uia quadam ad eos deducamur. Laborioſum omnino negocium/atq́ omni difficultate plenum: diuinum tamen & quo uno fœlix ſimul atq́ ſapiens homo efficiatur: deoq́ iungat̃. Soli enim ſapienti fas eſt uſq́ adeo deo cõiungi: ut nihil quod ſeparet/intercedere poſſit. Deus enim ueritas eſt. Quis aũt neſciat qui uerum mente non pertingat/eum ſapientem eſſe minime poſſe? Nos autem cum quatuor ſint quæ in ſcriptoris mente aperienda inueſtigemus in rem noſtram futurum puto: ut certos iã terminos circũſcribamus: quos in poeta interpretando egredi non liceat. Eſt igitur cum id quod geſtum ſit quærimus: quam hiſtoriam appellant/ut cum legimus apud Maronem haud procul inde citæ Metiũ in diuerſa quadrigæ diſtulerant. Quærimus itidem non quid geſtum ſit: ſed qua ratione geſtum ſit: ut eſt illud At tu dictis albane maneres. Nam eo loco demonſtrat propterea diſcerptũ a quadrigis eſſe albanorum regem/quoniam ille in fide non manſiſſet. hãc græci ethimologiam dicunt. Quærimus & tertio in loco an ea quæ dicantur pugnantia inter ſe ſint? Alibi enim dicit Chriſtus patrem ſe maiorem eſſe: alibi ego & pater idem ſumus. Quapropter cum ita interpretamur/ hæc ut minime inter ſe diſſidere oſtendamus: Analogiam ſequimur. Interpretamur poſtremo aliq̃d per allegoriam: quod tunc fit cum non quæ uerba ſignificant intelligimus: ſed quiddam aliud ſub figura obſcuratum. Scribunt poetæ Amphionis lyra motos eſſe lapides/ut ſua ſponte in thebanorum mœnium ſtructuram coirẽt: per quod figmentũ quid aliud intelligimus: niſi ſapientiſſimi uiri eloquẽtia effectum eſſe: ut Boetii populi qui hactenus ad omnẽ rõnẽ ueluti lapides ſtupidi: & aduerſus oẽm humanitatẽ duriſſimi exiſterent: e ſyluis ac luſtris in ciuitatem uenirent: ac poſtremo legibus quæ ad cõmunem uſum latæ eſſent: ultro ſeſe ſubiicerẽt. Nos igitur reliqua tria genera hoc tempore omittemus: atq́ in ipſa ſola allegoria uerſabimur: ut quid per Troiam: quid per æneam: quid per italiã/ reliquaq́ huiuſmodi ſibi uelit uideamus. Troiæ igit̃ oritur Aeneas: per quã urbẽ recte ut puto primã hõis ætatem intelligemus. in qua cũ rõ adhuc oĩs cõſopita ſit: ſolus ſenſus regnat: Atq́ ipſi mortales/quia ea ætate ſapientiã ne ſuſpicant̃ quidẽ ea ſola ſibi proponũt quæ philoſophi prima naturæ appellãt. Nã cũ oẽ aĩal ſibi a natura cõmendatũ ſit: in primis ſeipſum diligit: deinde oẽs corporis partes ita integras: ualidaſq́ hẽre cupit ut uſui ſimul & pulchritudini ſibi ſint: maxime autem uoluptatibus demulcetur & quãuis animum ſe ſimul corpuſq́ eſſe intelligat: atq́ utrũq́ ſaluum eſſe cupiat: tamen in iis quæ in animo expetenda ſunt/ quoniam

non dum plane illa cognoſcit minus laborat: ea autem quæ corpori corporeiſq;
uoluptatibus conducunt/anxie expetit. Sunt enim ſibi ab ipſo ortu iam notiſ-
ſima: Quapropter cum in hac ætate naturæ ui potius trahamur/q̃ noſtrarum
actionum domini eſſe ualeamus: uel minimum uel omnino nullum uirtuti ui-
tioq; locum relinquamus: cum quæ agimus ea nec uoluntaria ſint: nec cum de
lectu aliquo fiant. Itaq; in puero uirtutem eſſe nemo dicet. Verum ubi iam pro
greſſu ætatis rationis lumine aliquo illuſtrari incipit mens noſtra: tum demum
tantũ in nobis conſilii apparet: ut a prauis recta diſcernere ualeamus. Eſt enim
iam ad illud pythagoricæ litteræ biuium peruentum/& iam uitæ neſcius errors
ut eſt apud Perſium. Deduxit trepidas ramoſa in compita mentes. Vnde cum di
ſceſſerimus neceſſe eſt: ut uel recta pergamus: uel in ſiniſtra deflectamus. Nam
quæ deinceps agimus/quoniam certa quadã ratione agimus/ſi recta fuerint uir
tuti: ſin contra uitio adſcribuntur. Troiæ igitur & Aeneas ſimul & Paris aſun
tur. Verum alter quoniam Venerem Paladi id eſt uirtuti / uoluptatem ante-
poni neceſſe eſt: ut una cum Troia pereat. Alter autem duce matre Venere ſe
ab omni incendio explicat. Quod quid aliud intelligamus/niſi eos / qui ma-
gno amore inflammati ad ueri cognitionem impelluntur/omnia facile conſe-
qui poſſe. Quapropter Venerem diuinum amorem recte interpretabimur.
Sed tu LAVRENTI neſcio quid iam diu uelle dicere uideris: Cupio quidem
inquit LAVRENTIVS: Ni uerear perpetuum tuæ diſputationis filum inter
rumpere. Immo potius iſto modo inquit BAPTISTA: Nam cum uniuerſus
hic ſermo non ad oſtentandum ingenium/ neq; ad gloriam comparandam a
nobis inſtitutus ſit: ſed ut honeſtiſſimæ uoluntati tuæ obtemperem: & ſi quid
in me doctrinæ eſt/id libenter effundam: interroga: interpella: obiice: confuta
pro arbitrio tuo. Hac enim uia id quod quærimus uerum/ dilucidius appare-
bit. Vtar quod mihi permittis/arbitrio inquit LAVRENTIVS uerum id non
tui confutandi: ſed mei erudiendi cauſa. Miror igitur cur tu Venerem amo-
rem interpreteris eum præſertim amorem: qui non modo caſtus/ uerum eti-
am diuinus ſit. Ego enim Venerem non ſolum apud poetas: ſed etiam apud
reliquos ſcriptores ita ſumptam uideo: ut per eam non niſi maris fœminæq;
coniunctionem ſignificare uelint. hinc illud Terentianum. Sine Cerere & Bac
cho uenerem frigeſcere: Et ipſe in bucolicis: Parta meæ ueneri ſunt munera.
Quapropter ſi uenerem pro huiuſcemodi coniunctione ponas: quæ hactenus
dixiſti/ea omnia inter ſe pugnare uidebuntur. Sed eſt & aliud quod niſi tu mi-
hi perſpicuum reddas ego minime explicare ualeam. Qui enim fit ut cum duo
ſint uiri Aeneas atq; Paris: Alter quoniam Palladi Venerem præponat: neceſſe
ſit ut una cum Troia pereat: Alter uero quoniam præcipienti Veneri obtempe
ret: omne periculum incolumis euadat. Ego enim non uideo cur ſi bona ſit Ve
nus Paridi noceat: ſi mala proſit Aeneæ. Quæ quidem dum cogito/in eorum
potius ſententiam labor: qui rem omnem ad eam ſtellam quæ hoc nomine ap
pellet᷑: & ad ipſam hiſtoriã referũt: Putãt enim qđ te nõ fugit/qua hora a Troia
italiã uerſus ꝓficiſceret᷑ Aeneas: libræ ſignũ qđ domiciliũ ueneris ẽ: ad nr̃m hoc
hemiſperiũ aſcẽdiſſe. Ipſam autẽ Venerẽ in medio cælo Ioui fuiſſe coniunctam.

Quibus oībus portendebat̃ fœlicitas illi regnū́q; per mulierē̃ peruenturum.Io
uem enim regnis præeſſe non modo Homerus ſignificat qui reges
id enim eſt a Ioue nutritos ſcribit.Sed & mathematici idē̃ dicunt.Salutare enim
omnino ſidus eſt:quoniā̃ inter Saturni frigus & Martis ardorem collocatū̃ opti
mo temperamento ſit:& propterea cunctis euentibus proſperum. Nam cum ui
tam noſtram præcipue ſol & luna gubernet: iccirco Iupiter omnium nobis ſa
luberrimus eſt:quia ſoli per omnes numeros/lunæ autem per plurimos coniun
ctus eſt. Referunt etiam in initio mundanæ fabricæ Iouem in ariete domicilio
tunc aſcendente fuiſſe.Volunt illum inducere leges/caſtitatem/miſericordiam
in egenos & calamitate oppreſſos. Veridicos homines facit/& uere amicos ſine
fraude ſine dolo: Saturni ſæuitiam frangit & quæcunq; ille mala infert:hic aut
tollit aut minuit.Quapropter ſcite Perſius. Saturnumq; grauem noſtro Ioue
frangimus una:Deniq; ſi in alicuius ortu ſe bene habeat:cum ille hominem for
tunatum reddit. Minime hæc diſplicent inquit BAPTISTA. Sunt enim ex ſū
ma doctrina eruta: & hiſtoriæ uehementer accommodata. Verum cum omnis
noſtra diſputatio nullam hiſtoriæ rationē̃ habeat: Sed eam quā̃ totiens græco
uerbo allegoriam nomino/exprimere conetur/non uideo cur ea quā̃ adhibui in
terpretatio iure amitti non poſſit: Si enim iis omiſſis quæ de Aenea deq; cæteris
troianis priſci ſcriptores tradidere/pro arbitrio licuiſſet poetæ non modo finge
re:ſed & peruertere & addere & ſubtrahere.Si deniq; nulla hiſtoriæ ratione habi
ta id ſolum tentaret quo pacto per Aeneam eum nobis uirum informaret: qui tā
dem ſapiens beatuſq; eſſet futurus/non uenerem fortaſſe ſed cupidinem aliud
ue numen poſuiſſet.Sed cum ita poeticum figmentum proſequi inſtituiſſet: ut
tamen ab hiſtoria non diſcederet:cum Aeneæ matrem fuiſſe & exilii ducem na-
uiganti filio ſe præſtitiſſe Venerem legiſſet:fuit ex iis quæ aderant res perficiē̃das:
non autem nomina fingenda. Hoc enim plus negocii poetæ eſt quā̃ reliquis/
qui alio figmento rem obſcurare uolunt. Illi enim ab omni hiſtoria ſoluti pro
arbitrio ea cōminiſcuntur:quæ magis rei ſuæ promendæ quadrent. Quod ut
planius teneas/unum de multis exempli cauſa proponendum cenſeo.Placuit il
li primo huius fabulæ auctori oſtendere quæ in tempore ex materia gignuntur:
ea omnia in interitum cadere/quatuor dū̃taxat elementis exceptis:quæ principia
ſunt oībus rebus generā̃dis.Duos igitur cōmentus eſt deos Saturnū̃ atq; Opim:
& illum temporis ſymbolū̃ obtinere uoluit:quod græcū̃ nomen indicat. Cro-
nos enim qui Saturnus eſt ab eo ſubtracta haſpiratiōe deducit̃:quem ipſi chro
non appellant.At quis neſciat tempus græce chronon dici.Per Saturnum igitur
tempus:per Opim ſiue rheam terram intelligit. Addit deinde Saturnū̃ omnes
quos de rhea ſuſcepiſſet filios uoraſſe præter Iouē̃ Iunonē̃ Neptunnū̃ & Pluto
nem. Qua fabula exprimit omnia quæ ex materia ſunt præter ipſa quatuor
elementa tempore conteri: atq; in interitum deduci. Quorſum igitur hæc
ne reliquum fabulæ proſequar: nempe ut intelligas licuiſſe huic homini pro
arbitrio quæcunq; uolebat fingere: ut quod de rerum procreatione ſentie-
bat: commode exprimeret: cum nihil aliud præter phyſices particulam ſibi
propoſuiſſe.Maronis autem longe alia ratio eſt: qui cum Aeneæ res in laudem

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Auguſti exornandas : & librum ipſum omnibus poeticis luminibus illuſtrandum
ſibi ſumpſiſſet : non iis quæ ipſe ſuo ingenio eligeret : ſed iis quæ hiſtoria porrigit
hanc ſupremam ingenii ſui laudem comparat. Mirus profecto uir qui non ex op
tatis ſed ex datis ita opus intexat : ut cum hiſtoriam minime deſerat : per eam tamẽ
incredibili integumento humanam fœlicitatem exprimat: Habes (ut opinor) qua
ratione uenerem pro diuino amore ponere coactus ſit. Quod ita tamen recte pro
cedit : ut niſi ab iniquis reprehendi non poſſit. Videmus enim Platonem in eo ſer
mone quem phædrum nominat : Aphroditen/quam nos uenerem nuncupamus:
non laſciuo ſolum ſed & diuino amori præeſſe. Verum quam uenerem platoni-
cus poeta Aeneæ matrem eſſe uoluerit : facile intelligemus ſi quædam paulo alti-
us ex ipſo Platone repetamus. Pauſanias igitur in ſympoſio duas ueneres comme
morat/alteram cæleſtem/uulgarem alteram. primam autem cælo natam refert: cui
nulla mater ſit. Quod cum fingit eam intelligentiam ſignificat/quæ in angeli mẽ
te poſita amore ingenito ad dei pulchritudinem intelligendam rapitur/quam quo
niam procul ab omni materiæ conſortio ſit ſine matre productam dicit. Secũdam
uero uenerem mundi animæ tribuit: ita ut patre Ioue : matre uero Dione eam na-
tam ſcribat. Manat enim ab ea ui quæ in anima mundi eſt : & uim creat quæ infe-
riora hæc omnia gignat & mundi ſyluam ſubeat : Vtraq; igitur ſibi ingenito amo
re rapitur cæleſtis illa ad dei pulchritudinem intuendam : hæc uero ut eandem pul
chritudinem e ſylua conformet. Sed hæc parum ad rem : Animus autem noſter
cum & ipſe ſimiles quaſdam uires habeat intelligendi atq; gignendi / duas itidem
ueneres habere dicitur/quas gemini comitentur cupidines. Cum enim corporea
pulchritudo oculis noſtris obiicitur: mens noſtra (quæ prima uenus eſt) eam non
quia corporea ſit: ſed quia ſimulacrum diuini decori admiratur: atq; diligit: ea quæ
ueluti uia quadam ad cælos effertur : Gignendi autem uis: quæ ſecunda uenus eſt
formam gignere huic ſimilem concupiſcit. Quapropter uterq; amor iure dicitur
ut alter contemplandæ alter gignendæ pulchritudinis deſiderium ſit. Nemo igi-
tur niſi totius rationis expers ſit duos iſtos amores damnare audebit : cum uter
q; humanæ naturæ neceſſarius ſit : Neq; enim diu eſſe mortalium genus ſine ſo
bolis propagatione : neq; rurſus bene eſſe ſine ueri inueſtigatione poterit. Præ-
ſtantiori igitur illa uenere duce in italiam peruenire potuit æneas. At dices cur
hæc ſecunda ſi bona eſt paridi nocuit : quia illa male uſus eſt. Vir enim gignen-
di auidior quam recta ratio dictet : & in ea re plus quam oportet occupatus / in
ſolis corporeis uoluptatibus mergitur. Quo fit ut & primam quæ ad ſummum
bonum ducit omnino deſerat : & ſecunda peſſime abutatur : proptereaq; in om
nes animi perturbationes incidat : ueritateq; deſperata miſerq; effectus in omnẽ
indignitatem deſcendat. Eſt ut dixi diuinus amor ſi Platoni credimus deſideri-
um redeundi a corporea pulchritudine ad diuinam contemplandam : Non ta-
men cum diuinam deſideramus eam quæ oculis percipitur/contemnimus. Nam
qui aliquid appetit hunc illius quoq; rei : quam appetit imagine delectari ne-
ceſſe eſt. Verum ſunt quidam ita hebeti ingenio : ut mentem a ſenſibus nullo
modo ſeuocare poſſint : hi ueram pulchritudinem non norunt. Huiuſcemodi
igitur amor adulterinus eſt / & a uero degenerans : quem laſciuia ac procacitas

ſemper comitatur: quem diffiniunt cupidinem eius uoluptatis: quæ e corporea forma percipitur: recte quæ dicunt cum ardorem animi in ſuo corpore mortui in alieno uiuentis: quod ſecutus poeta quidam dixit.

Plato uero ait illum natum ab humanis morbis ſollicitudineq́ plenum. At quis non uideat illum neq́ conſilium in ſe neq́ modum ullum habere. Ineſſeq́ in eo iniurias/ ſuſpitiones/ ac reliquas illas omnes peſtes, quas fidelis ſeruus Terentiano phædriæ prudenter oſtendit. Habes (ut puto) duplicem amorem uerum illum & diuinū: de quo paulo ante dicebam/ & hunc falſum & adulterinum: & qui uero amori talis ſit qualem aut amico adulatorem: aut medico coquum eſſe uidemus, cui quidem cum ſe totum dedidiſſet Paris una cum Troia periit. Aeneas autem cæleſti illo duce paulatim ex troiano incendio id eſt ex corporearum uoluptatum ardore ſe expediens ſi non recta nauigatione id enim humanæ conditioni, aut nunquam aut raro conceditur: ut eodem tempore & ſtultitiam exuat. & ſapiens efficiatur: tamen poſt multos errores in Italiam ad ueram ſapientiam peruenit. Quam quidem nauigationem cum ſudoris laboriſq́ pleniſſima ſit/ nemo unquam niſi ſummo illius amore incenſus difficultatem omnem perferre paratus ſit/ penitus perficiet. Amor enim uerus/ ut apud eundem Platonem/ oſtendit Eriximachi oratio omnium naturalium rerum creator eſt atq́ ſeruator, eo enim ſimilia omnia ad ea quæ ſibi ſimilia ſunt perhenni concordia trahuntur. Eſt itidem omnium maximorum artium magiſter. Nemo enim aut artem inuenit: aut ab alio inuentam addiſcit, niſi inueſtigationis oblectatio/ & diſcendi cupido incitet. Quam quidem rem ſi non aperte oſtendit: obſcurius tamen ut poetarum mos eſt/ ſignificat noſter Virgilius. Cum enim in georgicis ſe ueri cognitionem reliquis rebus præponere dicat difficultatem ipſam ſumma amoris ui ſuperaturum his uerbis demonſtrat. Me uero primum dulces ante omnia muſæ: Quarum ſacra fero ingenti perculſus amore Accipiant. Ingenti ergo amore labores ſummos: qui in ſacris muſarum/ id eſt in rerum cognitione ſubeundi ſunt ſe laturum affirmat. Diuinus enim amor/ nil aliud meditatur, nil molitur: nulla alia in re laborat, nihil tentat, nihil nititur/ niſi ut iam corporeæ pulchritudinis aſpectu concitus ad diuinam nos pulchritudinem rapiat. Dum enim corporeis tenebris demerſi ſunt animi noſtri diuini, non recognoſcunt, niſi umbris & ſimulacris quibuſdam, quæ ſeſe noſtris ſenſibus obiiciunt. Quam quidem rem non ſolum expreſſerunt priſci ex græcia philoſophi: in quibus Pythagoram Empedoclem Heraclitum: ſed longe ante alios Platonem enumerare poſſum, Sed & chriſtiani ab eadem ſententia minime diſcedunt: Nam & Paulus & qui Pauli auditor fuit Dionyſius areopagita cæleſtia ac diuina: quæ in ſenſus non cadunt/ per ea quæ ſenſibus percipiuntur/ cerni uolunt. Hæc eſt igitur illa uera uenus: quæ mentem noſtram ad diuina erigit, qua matre quis neſciat natum æneam nomen ab eo quod eſt æneos id eſt a laude deductum. Virum enim ad omnia magna & excelſa natum: quis non ſummis laudibus proſequatur? Verum & ipſe a uoluptate delinitus circa Troiæ defenſionem laborat Troiam enim prima naturæ, in quibus uoluptates corporeæ plurimum uigent/

interpretari licet : prima enim ætate cum ipſa ratio non dum ſe excitare : & ſuas ui
res explicare poſſit / etiam qui magni atq; admirandi uiri futuri ſunt uoluptate de
mulcentur : & prima naturæ ueluti ſumma admirantur : & quoniam diuina quæ
ſint non nouerunt : beatiſſimam eam uitam putant : per quam uoluptate frui lice
at . Hi igitur quid ſummum bonum ſit : nondum compertum habent: Verú cum
illius acquirendi ſummo ardore inflammentur: paulatim hæc omnia quæ dixi pri
ma naturæ caduca momentaneaq; eſſe animaduertunt. Habet enim hanc uim ue
rus amor : ut paulo ante dixi / ut mentem uehementer exacuat : magiſterq; illi re-
rum inueniendarum paulatim ſit : ut nihil eam latere poſſit . Quapropter egre-
gie illud quis fallere poſſit amantem : Deinde cum nihil difficile putet / modo re
amata potiatur : omnes labores tolerat : omnes difficultates ſuperat . Hæc eſt ue-
nus illa non uulgaris ; quæ materiæ admixta uim habet gignendi/ſed illa cæleſtis
ab omni materia remota : quæ a mente noſtra eſt : ipſamq; mentem excitat:& lu-
cem illi ſuam nobis hactenus incognitã in nocte id enim eſt in noſtra inſcitia oſten
dit : ſeq; deam fatetur ſe enim indicans ſuã diuinitatem demonſtrat : admonetq;
non poſſe ſeruari Troiam id eſt originem corporis quæ neceſſe eſt ut pereat . Hæc
eadem oſtendit uoluptates corporeas non ſolum ab ipſa lacena id eſt a ſeipſis/ut in
heſterna diſputatione diximus corrumpi : ſed ab Iunone a Pallade atq; a cæteris di
is : Nam deos Troiam populari quis ignoret ? Diuina enim omnia uoluptatibus
aduerſantur . Sed in primis Pallas . Hæc enim ſapientiæ ſymbolum obtinet. Sapi
entia autem non ſolum uoluptates contemnit : uerum etiam ſummopere exhor-
ret . Neq; eſt quod de Iunone quiſquam dubitet : quæ quamuis regnorum dea ha
beatur : proptereaq; in hæc caduca ac mortalia magis propenſa uideatur : tamen
cum homines imperandi cupiditate nullum laborem perferre recuſent : omnibus
uoluptatibus bellum indicunt : modo eo perueniant unde poſſint reliquis impe-
ritare : Deos autem minime uidet Aeneas dum pro uoluptate pugnat . Nubium
enim tenebris omnis ei proſpectus eripitur . Sunt enim animi noſtri ita a deo crea
ti : ut ſuapte natura facile omnem ueritatem conſequantur . Sed a materia corpo-
rea quam philoſophi ſyluam appellant : omnia nobis mala proueniunt. Illa enim
tardat hebetat atq; perturbat mentes noſtras : atq; tenebris obſcurat . Si enim ex in
ſcitia omnia uitia proueniunt : Quapropter & Chryſippus & reliqui ſtoici per-
turbationes omnes a falſis opinionibus oriri dicunt : Quod tamen longe ante
ſenſerat Mercurius ille : quem græci ob ingenii diuinitatem Trimaximum appel-
lant. Si igitur omnia uitia ex inſcitia proueniunt . Inſcitia autem ex corporea cali-
gine eſt / ut Plato putat / erunt omnia uitia a corpore . Quam cauſam præcipu-
am fuiſſe dixerim / ut is quem paulo ante nominaui Mercurius ſyluam malignita-
tem appellet : ſed de ſylua commodior diſputandi locus paulo poſt dabitur . Pu-
gnat igitur æneas pro uita uoluptuoſa: illaq; demerſus deos uidere nequit. Verum
cum in huiuſcemodi miſeria non deſit amor ueri inueſtigandi / ualet ipſe amor
mentem excitare : ut ſe colligens tenebras diſcutiat : & uideat quibus numinibus
Troia euertatur . Duceq; eodem amore per medias flammas atq; hoſtes iter tutum
arripit . Et profecto uolenti ad res arduas proficiſci / hinc mira quædam uolupta-
tum : quæ deſerendæ ſunt cupiditas ueluti flamma quædam illinc laborum diffi-

cultatumq; terror / qui aduerſus honeſtatem aſſiduo pugnet ſeſe opponūt. Quæ omnia ducente Venere Aeneæ cedunt. Nam niſi amor abſit: neq; tam blandas uoluptates contemnere: neq; tam duras difficultates ſuperare poſſemus. Venit igitur domum ut familiam omnem componat: atq; inde ex urbe proficiſcatur. Redit enim in ſe ipſum animus: omneſq; ſuas uires: atq; uirtutes quæ uariæ ſunt: ad profectionem / id enim eſt ad ueri cognitionem / quam Troiæ nunquam aſſequeretur: ſuo ordine componit / omniaq; ſibi ex uoto ſuccederent: ſi pater filium ſequi uelit. Verum negat Anchiſes ſe ex Troia diſceſſurum. Hoc uero quid ſibi uelit: ſi me roges ego ſic puto. Aeneas huiuſcemodi parentibus natus eſt: ut Venus dea: Anchiſes mortalis ſit: homo enim ex animo qui immortalis diuinuſq; eſt: & ex corpore mortali & cito in interitum caſuro conſtat: Mens igitur originem ſuam ſemper ſuſpicit: ad eamq; redire cupiens Troiam auidiſſime deſerit. Senſus autem qui a corpore ſunt corporea incorporeis præponunt. Hinc igitur aſſiduum atroxq; certamen illud exoritur ſpiritus aduerſus carnem ut noſtri dicunt: cum mens totum hominem ad diuina trahere conetur: & ſenſus in poteſtatem redigere / & ſibi obtemperantes reddere cupiat. Contra uero ſenſus feculento elementorum potu ebrii / & lethea obliuione grauati nihil niſi caducum & terrenum cupiunt. Anchiſes igitur id eſt terrenus pater: & ea quæ a chriſtianis uerbo parum trito ſenſualitas appellatur: Troiam ſe deſerturum negat. Mauult enim perire ſenſus / quam uoluptate priuari. Mox tamen cum filium omnemq; domum: id eſt totum hominem periturum audiat: cumq; cæleſtibus monſtris meliora moneatur: mutat ſententiam / ab Aeneaq; ſublatus exportatur: molliſſima enim hæc atq; eneruata animi pars ad ſummum bonum nunquam fert: ſed ipſa potius infertur. Hæc de anchiſe. Aeneas autem cum iam incendii: armorumq; pericula euaſiſſet: atq; incolumis urbem eſſet egreſſus: ingentem comitum affluxiſſe nouorum inuenit admirans numerum: qui quidem undiq; conuenerant animis opibuſq; parati in quaſcunq; uelit pelago deducere terras: & recte quidem. Nam cū tandem e ſeruitio incendioq; uoluptatum ſumus liberati: eſtq; iam animus recti ueriq; inueniendi auidus / tum plurimæ animorum uires: quæ hactenus ignauia torpebant: uehementer excitantur: & bene inſtitutam mentem quocunq; uocauerit / ſequuntur. Quo quidem tempore ne á recto itinere omnino aberraret æneas / Iam iugis ſummæ ſurgebat lucifer idæ: Ducebatq; diem. Eſt enim lucifer ueneris ſydus: quod ut ſolem lunamq; omittam: omnium quinque ſtellarum quas noſtri erratiles græci planetas uocitant: lucidiſſimum ſit: zodiacum autem octo ac quadraginta diebus ſupra trecentos perficit / nunquam a ſole longius ſex & quadraginta unius ſigni partibus diſcedens. Verum / quoniam modo præcedit / modo ſubſequitur: ſolem non eandem ſtellam ſed duas eſſe priſci crediderunt: primum autem Pythagoram extitiſſe ferunt: qui in eo apud græcos uerum deprehenderit. Cum igitur ſolem præuenit lucifer dicitur: ueſperus autem cum ſubſequitur. Recte autem lucifer præuius ſoli eſt. Stella enim ueneris / is enim amor eſt ueri inueniendi / ei exoritur: qui iam uitam uoluptati obnoxiam deſerit: ducitq; diem: nam rationem excitat talis amor / cuius luce illuſtrati uerum noſſe ualeamus. Apparet autem ex ida monte id eſt ex pulchritudine. Idos enim apud græcos

formam ſignificat. Amor autem apud Platonem pulchritudinis deſiderium diffinitur. Q uapropter in ipſo pudor nos a turpibus auocat: cupiditas uero excellendi ad quæq; honeſta rapit. Fertur igitur Aeneas duce mare exul in altum incertus quo fata ferant ubi ſiſtere detur. Q uæ omnia non ſine ſumma ſapientia a poeta ponuntur: facile enim cognoſcit Troiam relinquendam: & ſummi boni principatum uoluptati minime eſſe tradendum. In qua autem re ſummum bonum cōſiſtat non dum cognoſcit. Iure igitur exul appellatur. Nam ab eo quod habuit eiectus eſt: neq; dum id quod ueluti proprium poſſideat inuenit. Mari autem fertur quia animi noſtri quocunq; moueantur nulla alia re niſi appetitu mouentur: qui quam ſimilis mari ſit paulo poſt aperiam ſi pauca prius de appetitu dixero. Eſt igitur ſenſus & uis quædam in animis noſtris: quam cogitandi nominant: cui bonorum malorumq; iudicium a natura demandatum eſt. Non nunquam autem ita iudicat huiuſcemodi uis: ut nihil præter ſenſus reſpiciens: & ueluti illorum illecebris attracta & uoluptatis oblato præmio corrupta quod pecudis bonum eſt ipſa hominis bonum decernat. Si autem eadem cogitandi uis ſalutari rationis lumine illuſtretur: & eius norma dirigatur: non id bonum eſſe iudicat/ quo ſenſus demulcentur: ſed quod recta dictat ratio: quod uerum ſimplexq; bonum cui ſit neq; interire neq; corrumpi poſſit. Cum igitur huiuſcemodi uis hoc bonum illud uero malum eſſe decreuerit excitatur in nobis alia quædam uis quæ ad bonum aſciſcendum/ malumq; declinandum inſurgat. Hunc autem appetitum omnes appellant. Sed & eum duplicem eſſe oportet: alterum qui ab eo iudicio quod ſolus ſenſus fecit ſemper pendeat: nihilq; cum ratione expetat: alterum qui nihil omnino ſequatur: niſi quod ratio prius præceperit: primum illum libidinem: hunc ſecundum uoluptatem nuncupamus. Q uapropter erit appetitus quo animi hominum ad bonum aſciſcendum/ malumq; declinandum moueantur/ rectus quidem ſi a ratione/contra ſi a ſenſu. Q uapropter pulcherrimo enygmate diuinus Plato cum animum noſtrum ueluti currum poſuiſſet: aurigam illi duoſq; equos adiungit. Nam ueluti equis currus trahitur: ſic animus ab appetitu ducitur. Ferunt autem equi non ſuo arbitrio: ſed imperio aurigæ a quo reguntur eodem pacto appetitus nihil ex ſe agendum decernit. Sed quod iam ab alia ui decretum eſt ſequitur. Q uare autem equorum alterum album pulcherrimumq;: atq; honoris cupidum: & qui non minis uiq; / ſed cohortatione rationeq; regatur. Alterum nigrum inglorium & contumacem finxerit ex iis quæ paulo ante a me de duplici appetitu dicebantur perſpicuum eſt. Expreſſit enim per bonum rationalem: per malum uero irrationalem appetitum quo animus fertur: atq; hæc de appetitu: quem quidem mari ſimillimum eſſe quis negauerit? Videmus enim mare ſi nullis uentis uerberetur ſedatum tranquillumq; perdurare. Sin autem diuerſis tundatur uentis: in grauiſſimas turbulentiſſimaſq; tempeſtates inſurgit: Sed hæc eadem in appetitu deprehendas: Fac illum uacare a perturbationibus: nihil niſi recte appetet: Fac rurſus illis uehementer uexari: quos iam fluctus quaſue procellas intuebere: Q uapropter illud elegantiſſime uarioq; irarum fluctuat æſtu. Illud autem tibi fortaſſe occurret/ quod non bene iis quæ diximus cohærere uideatur: Nam ſi rationali appetitu fertur æneas: ſi iam uitam uoluptu

oſam damnauit : unde nunc illud quod patriæ littora lachrimans portumq; relinquit. Quod enim odiſſe iam cœperimus: id non lachrimantes : ſed læti fugere ſolemus : Sed uoluit Virgilius primum a uoluptate ad uirtutem diſceſſum demonſtrare. In quo cum temperati non dum ſed continentes ſimus, agimus illud quidem, ſed cum diu uoluptati aſſueti illius illecebris demulceamur : non niſi ægre ab ea diuellimur : imitemurq; ſenes troianos : qui cum Helena ut græcorum troianorumq; certamen ſpectaret mœnia conſcendiſſet admirabâtur cum ſtupore mulieris pulchritudinem, eaq; uehementer delectabantur, uerum tantorum malorum illam cauſam eſſe animaduertentes : abeat dicebant potius Helena : quam ꝓpter illam pereat Troia. Quod ut planius intelligas. Quemadmodnm fortitudo uirtus eſt / qua dura omnia atq; aſpera inuicto animo ferimus, ſic temperantia aduerſus uoluptates armamur : in qua quoniam iam habitum contraximus ſine ulla difficultate aut moleſtia negocium conficimus. Quod ſi habitus non dum contractus ſit : & tamen illud idem efficere tentamus : tandemq; efficimus ſinitimum quoddam & uirtuti proximum nanciſcimur / ut nondum temperantes effecti / tamen abſtineamus quamuis ægre & non ſine lucta : Quæ continentia dicitur in qua ſi diu exerceamur : paulatim temperantiam acquirimus : ſitq; uirtus id quod hactenus uirtus non erat, ſed ingreſſus ad uirtutem. Hoc igitur intereſt inter temperantiam & continentiam. Nam quamuis utraq; idem præſtet : continens tamen eo deterior eſt/quia cum dolore abſtinet:nec eſt ſatis firmus aduerſus uoluptates. Temperans uero bene uolens lætuſq; abſtinet.quod ſi itidem de incōtinente intemperanteq; inueſtiges: facile eſt uidere quanto a temperantia continētia ſuperatur, tanto incontinente ipſum intemperantem pernitioſiorem eſſe : Incontinens enim quia non dum in uitii habitu eſt rationem diſcernit, principiúq; tenet:pugnatq; aduerſus malum:ſed tādem magnitudine cupiditatis & ſui animi imbecillitate uictus ueluti captiuus in ſeruitutem rapitur. Verum ut quæ uerbis adumbro ea exemplo expreſſiora reddantur, dicimus continentem a principio fuiſſe Didonem, quæ quamuis Aeneæ amore teneretur : tamen adeo uiriliter repugnat/ut mori malit : q̄ pudorem uiolare. Incontinens autem paulo poſt redditur cum ſororis oratione uicta pudorem ſoluit. Prius enim fortiuſcula adhuc ita pugnabat : ut uictrix euaderet. Deinde eneruata omnino pugnando ſuccumbit.pugnat enim incontinens/ſed ſuperatur. Intemperans autem in habitu uitii conſtitutus omnem rationem amiſit, neq; pugnat aduerſus cupiditates : quin illis uolens gaudenſq; obtemperat : quippe in quo adeo deprauatum ſit iudicium:ut qđ malum ſit bonum eſſe dicat. Sed ut iam ad inſtitutum redeamus : non dum temperantia munitus erat æneas : nuper enim ea ratio in homine illuxerat:ut uoluptatum ſordes intueri poſſet, neq; rurſus temperans : aut incontinens:non enim ſe de ſe expediſſet. Sed cum hinc illecebræ uoluptatum traherent : illinc honeſti uiri q; pulchritudo ad omnia excelſa cum̄ erigeret/demulcebatur quidem a uoluptate eamq; ſenſibus ſuauiſſimam iudicabat : non poteratq; non ægre ab ea diuelli.Blāda enim adulatrix uoluptas eſt.uehementerq; ſenſibus applaudit : ut etiam generoſioris animi qui ſunt illa capiantur. Ita enim ſuauiter nos irrepit : ut totos paulatim occupet.Surgit igitur contra æneas & q̄uis lachrimans tamen littora troiana

relinquit: quoniã cõtinẽs. Quod ſi ueram tẽperãtiã adeptus fuiſſet nõ lachrimãs
ſed lætus reliquiſſet: poeta enim non ipſum a principio ſapientem fingit: &
uera uirtute ornatum: ſed eum qui a perturbationibus animum uendica-
re cupiens ſe paulatim a uitiis redimat: & poſt uarios errores in italiam id eſt
ad ueram ſapientiam perueniat. Nam quæ nos de continentia deq; incontinen
tia diximus: in quibus ſenſus pugnat & ratio: uiciſſimq; uincunt ac uincuntur.
eadem de reliquis uitiis ac uirtutibus intelligas inter quas mediæ ſunt affectio
nes nullo adhuc habitu ſatis firmæ: ſed quæ modo ad has modo ad illa impel-
lant: quis fortaſſe in uita ciuili in qua quæ ad bonum tendunt incohata potius
quam perfecta repertas/non nulli uirtutes nominarent. Sed proficiſcatur iam no
ſter Aeneas: uerum quo tandem exul per altum feretur: Nempe in thraciam re-
gionem patriæ finitimam/ & terram Marti conſecratam: in qua nuper Polyne-
ſtor hoſpitem ſuum Polydorum ut auro potiretur interemerat: Erit autem aua
ritiæ ſymbolum thracia. Nam ipſe paulo poſt: Fuge littus auarum. Verum cum
duplex auaritiæ genus ſit. Eſt enim auarus & iis qui inde rapit unde minime con
uenit: & is qui cui dandum eſt ei minime dat. primum illud genus per thraciam
exprimitur. Si enim in illa Mars colitur: quis neſcit habendi cupiditate plurima a
mortalibus bella geri. Sed neq; Polyneſtor hoſpitis interfector: & ſuorum bo-
norum raptor quicquam expreſſius quam auaritiam rapinaſq; denotabit: Cur igi
tur prima in thraciam Aeneæ nauigatio eſt: Quia cum a uoluptate diſceſſimus
atq; non dum ueræ uirtutis habitum contraximus facile ex illa in aliam cupidita-
tem incidimus: inſurgitq; habendi libido: beatiſſimam enim uitam multi ſe ade-
ptos putant: ſi opibus maximiſq; diuitiis reliquos mortales ſuperẽt: Qua cupidi
tate inflammati non dubitant non modo nefaria: uerum etiam laboribus pericu
liſq; refertiſſimã bella ſuſcipere. Ingens profecto ſtultitia: & ab eo animo profecta:
qui & ſi uoluptates contempſerit: nihil adhuc altum ſuſcipere poſſit. Habet enim
auaritia pecuniæ ſtudium: quam nemo unquam ſapiens optauit. Nihil enim illa
mobilius: nihil quod magis fortunæ temeritati ſubiiciatur. Quapropter recte Sa
luſtius auaritiam ita malis uenenis imbutam dixit: ut animum corpuſq; uirile ef-
fœminet: quando quidem & ad omnem humilitatem infimaſq; ſordes deſcende
re cogit: & in omnem crudelitatem pro re uiliſſima inſurgere. Ipſa enim perfidi-
am periuriumq; edocet: cor fraudibus: linguam mendaciis: manum uenenis/fer-
roq; in aliorum pernitiem inſtruit. Apud eam quid ſanctum eſſe poteſt: cum ho-
ſpites quoq; quod Polydori exemplo docet poeta minime incolumes ſint. Nemi
nem tamen mirari oportet ſi Aneas ſapientiæ quidem cupidus minime tamen ad
huc ſapiens in huiuſcemodi uitium prolapſus ſit. plurima enim in uita humana
uidemus: quæ quãuis caduca momentaneaq; ſint: tamen mortales pro maximis
admirantur: quæ quidem omnia cum uenalia eſſe uideant: pecuniæ præ cæte-
ris ſtudent. Quotus enim quiſq; reperitur: qui non putet quod genus & for
mam regina pecunia donat: quis non totus commouetur: cum audit: & be-
ne numatum decorat ſuadela Venuſq;. Verum qui duce Venere fertur & ma
gnarum rerum amore incenſus eſt/ paulatim errorem recognoſcit. uitiumq;
abominans Thraciæ auariſſimum littus fugit. Atq; cum iam ſecundo deceptus

falli deinceps turpiſſimum miſerrimumq; iudicet Apollinem: cuius oracula ueriſſima eſſe audierit conſulendum iudicat: Retur enim ſi ex illius dei præceptis uitam inſtituat futurum. ut miſer eſſe non poſſit. Quapropter nauigationem in delum ſumit: per Apollinem autem qui ſol eſt: quid aliud quam ſapientiam intelligemus? Nam ut id omittam quod ut ſole cuncta quæ in ſenſum cadunt illuſtrantur: ſic ſapientia illuſtratus animus cuncta proſpicere ualeat uideamus reliquam eius planetæ naturam. Sed illud in primis. Nam eum Heraclitus fontem cæleſtis lucis appellat. Cicero uero ducem cæterorum luminum ea ratione dixit: quoniam ſui luminis maieſtate præcedit: dixit itidem principem dixit moderatorem: Nam & ita eminet / ut propterea quod huiuſmodi ſolus appareat ſol uocitetur: & curſus reliquorum recurſuſq; ipſe moderatur. Nam certa ſpatii diffinitio eſt ad quod cum quæq; erratica ſtella recedens a ſole peruenerit tanquam ulterius accedere prohibeatur agitur retro. Rurſus autem cum certam partem recedendo attigerit: ad directi curſus conſueta reuocatur. Quapropter non iniuria & mens mundi & cor cæli a priſcis dictus eſt: Quæ omnia non ne ſapientiæ quadrant? Non ne ſapientia reliquas animi uires præcedit: non ne illis moderatur? Quin etiam ſi uim huius ſyderis diligentius aduertas iure datur ſapientiæ dicetur: Nam ut a Saturno ratiocinandi a Ioue agendi uim: ut a Marte animorum uehementiam atq; calorem accipimus: ut a Venere deſiderii motum ſumimus: & quod loquimur atq; interprætamur a Mercurio eſt: ut deniq; a luna quod græci phyticon ideſt gignendi augendiq; uim habemus: ſic ipſe ſol quod ſciamus: quodq; opinemur nobis præſtat: Sed hæc de Apolline. Deli autem nomen & ipſum non nihil ad rem affert. græce enim manifeſtum ſignificat. Loca enim quibus ſapientia præſidet: clara ſemper manifeſtaq; ſunt. Quod autem totius inſulæ Anius imperet: qui & rex hominum & deorum ſacerdos ſit: non caret ratione: Sapientia enim humanarum rerum cognitionem continet. Quapropter nihil nouum ſapienti accidere poteſt: quippe qui omnia iam perceperit: quam quidem rem nomen regis oſtendit. Anius enim dicitur quaſi id eſt ſine nouo. Hic igitur hoſpitio Aeneam ſuſcipit: & profecto ipſa ſapientia animi noſtri aluntur. Veneratur autem templa: atq; ea templa quæ ſaxo uetuſto conſtructa ſint. Nam quid obſecro te: aut ſtabilius immobiliuſq;: aut antiquius ipſa ſapientia deprehenditur: quam ſapientiſſimus ille omnium hebræorum Salomon ab initio & ante ſæcula creatam ſæcula creata eſſe ueriſſime dicit. Sed tu quid me o LAVRENTI ſubridens ſpectas. Non poſſum inquit LAVRENTIVS doctiſſimorum uirorum ingenia non admirari lætuſq;: quæ a principio de hiſtoria deq; allegoria dixiſti mecũ repeto: Quis enim non obſtupeſcat huius poetæ conſilium. Qui cum apud Cloatium uerium legiſſet in Delo aram eſſe Apollinis genitoris: in qua nullum animal ſacrificatur: quam Pythagoram ueluti inuiolatam adorauiſſe ferunt: legiſſet etiam & apud Epaphum: Delon neq; antea neq; poſtea terræ motu uexatam: ſemper eodem manere ſaxo legiſſet: & apud Thucydidem non mirum eſſe ſi præſidio religionis tuta inſula ſemper ſit: cum reuerentia locorum ſibi acceſſerit

continua ſaxi eiuſdem firmitate: Cum igitur hæc legiſſet ita ſcribit / ut eodem tempore ex antiquitate hiſtoriam eruat:ponit enim Aeneam ſolis præcibus deum uenerari: & templa antiquo ſaxo conſtructa eſſe/& hæc cum ponit ſimul ea affert quæ per allegoriam ſapientiæ conueniant. Dices quid in cæteris: hoc idem. Sed neſcio quo pacto hic me locus in quo hiſtoria non minus quã allegoria latet:multo magis mouit:Sed perge obſecro:nolo enim mea interpellatione mihi ipſi audiendi cupidiſſimo moleſtiam ex mora afferre. Datur igitur ab Apolline oraculũ inquit BAPTISTA :Dardanidæ duri quæ uos a ſtirpe parentum:Prima tulit tellus eadem uos ubere læto Accipiet reduces:antiquam exquirite matrem:Hic domus æneæ cunctis dominabitur oris:Et nati natorum & qui naſcentur ab illis. Quo quidem oraculo quid diuinius excogitari poſſit non reperio:Quid enim homini ſalutarius:quid conducibilius eſt:quã originem ſuam noſſe:in quam cũ redire potuerit /tum demum ſit futurus beatiſſimus: Dixit igitur pluribus/ne a poeta diſcederet Maro:quod græci duobus tm̃ uerbis expediũt:qui omnium oraculorum quæ Apollini tribuuntur maximum eſſe uolunt γνῶθι σεαυτόν noſce te ipſum: Verum ut hæc a nobis planius explicentur: Omnes quicunq; unquam de ſummo bono ſcripſerunt philoſophi in eo ſi non uerbis re ſaltem conſenſerunt:ut bene beateq; uiuere ſit apte conuenienterq; naturæ uiuere: Verum ubi eo iam deuentum eſt/ut ſit hominis natura diffinienda: tunc innumerabiles pernitioſiſſimiq; errores emanant: cum animorum noſtrorum ui ignorata pluſquam par eſt corpori attribuatur. Nam cum ex animo corporeq; conſtare homo dicatur. & alterum brutum/caducumq; atq; facile in interitum pronum: Alter incorruptibilis immortalis diuinuſq; ſit:pauci omnino ita mentem a ſenſibus ſeuocat: ut ſe animi nobilitate immortales cognoſcant: corpuſq; in nulla pene parte habendum cenſeant.præcipitur ergo Troianis ut eo reuertantur unde originem ducunt. Duplex autem illis origo eſt. Nam Teucer Scamandri cuiuſdam filius profectus ex creta inſula in Phrygiam uenit: & una cum Dardano regnauit: Dardanus autem prius & ipſe in Phrygiam uenerat at non ex creta: ut ille ſed ex italia: nec mortali patre natus:ſed ex deo Ioue. Veniunt igitur ambo in Phrygiam id eſt in uitam: & primam ætatem quam per Troiam ſignificari diximus: ſed hic a cælo ille a mortali. Ad huius enim animantis /quem hominem dicimus compoſitionem animus a cæleſti corpus a mortali patre prouenit. Quapropter cum primam noſtram originem inquirere nos Apollo iubet:cuius oraculum eſt Noſce te ipſum: non quid corpus ſit:quid ue illi conducat inueſtigare iubet. Sed quid animus ſit & quo pacto ſecundum animi naturam uiuere fœlices eſſe poſſimus inquirendum mandat:Quam quidem rem ut expreſſius ſignificaret antiquam dixit: Eſt enim animus ſi non tempore/ut Platonici uolunt dignitate ſua atq; excellentia prior: Optimum igitur oraculum: Sed quid prodeſt ſi illud male interpretatur Anchiſes. Hic mortalis Aeneæ parens omnia ad ſenſus referens ibi ſedes collocandas cenſet ubi prima corporis origo ſit: quaſi prima naturæ non animi ſed corporis ſpectanda ſint: Quamobrem non in Italiam ſed in Cretam enauigandum proponit: qua in inſula multa mala ſubituri ſint Troiani. Nam cum ſummum bonum non iis quæ animum: ſed quæ

duplex ori

corpus ſpectent natura noſtra ignorata reponimus neceſſe eſt/quoniam illa pau-
lo poſt in peſtem/ac demum in interitum caſura ſint/ut non beati:ſed miſeri fu-
turi ſimus: Tulerunt ergo prætium ob ſtultitiam Troiani:qui in italiam nauiga-
re iuſſi cretam petierint: Si enim in italiam.i.in originem animi redeant Troiani
percipiunt cognitionem rerum diuinarum in qua ſola ſtabiles & manſuras ſedes
inueniunt: Hic enim domus Aeneæ cunctis dominabitur oris: Et nati natorum
& qui naſcantur ab illis. In creta enim nullum eſt Aeneæ imperium. Nã corpus
neq; ſe neq; aliud mouet:ſed iners brutumq;: & ſine ſenſu iacet:nec quicquam ſi
ne animi auxilio ualet. In italia uero imperium late patet. Corporis enim domina
tor & rector eſt animus:in nullamq; niſi uolens ſeruitutem cadit. Cuncta autem
ſue cognitioni ſubiicit: Se enim per ſe uidet:cum autem deum cognoſcere tem-
ptat ſuæ mentis acie ad ſuperiora erigitur. Cõſiderãdo oia ſpectat: Rimatur
occulta. Videt abſentia:breuiq; temporis momento uniuerſas mundi oras am-
bit: Deſcendit ad interiora: Aſcendit cælum. Adæret deo: in quo eſt patria ſua: Et
quoniam ĩmortalis eſt hæc ſemper facit: Quapropter eius imperiũ eſt æternũ:
Hæc a principio quãuis diuinis eſſent moniti præceptis cognoſcere nõ potuerũt
Troiani: Nunc uero calamitates experti cognoſcunt. Epimetheo quidem ſerius:
Sed uidete quæſo quam admirabili ingenio reliqua proſequatur: Cum peſte labo
rarent Troiani damnat ſuam oraculi interpretationem Anchiſes. Nam poſtquã
diutius debacchatus eſt homo dum ſenſibus obtemperans omnem ſpem in rebus
caducis reponit/tandem uſu & experientia doctior redditus animaduertit nõ ſua-
ſiſſe cretã Apollinem.i.nunquã poſſe eſſe homines beatos ex iis quæ mortalia ſũt
Cenſet igitur alibi quærendam fœlicitatem: Verum non dum tantũ mentis acie
ualet:ut qua in re conſiſtat diſcernere poſſit: Nã humi proſtratus animus/& ſi eri
gi nitatur tamen corpore obrutus quæ in excelſo collocata ſunt non niſi poſt mul
tum tempus diſcernit: At dii penates eadem dicent quæ dicturus eſſet Apollo: Pu
tabant enim antiqui deos penates eſſe ex animis ſuorum maiorum:qui clari illu-
ſtreſq; multis egregiiſq; uirtutibus fuiſſent quaſi deos domeſticos: Ergo & hos
animorũ noſtrorũ excellentiores uires interpretabimur:quales ſunt ratio intelle-
ctus atq; intelligentia: Quæ hactenus furentibus ſenſibus: & omnia tumultu cõ
plentibus nihil ſanũ iudicare poterãt: Nunc autẽ poſtquam ſuo graui damno ex-
pertus eſt homo ſenſuũ iudicium falſum eſſe illos a tribunali quod tumultuoſe oc
cupauerant deiicit: & iuris dicundi poteſtatem iis uiribus quas paulo ante nomi-
naui permittit: Illæ autem cum iam ſenſibus parentioribus utãtur:quippe qui pu
dore confuſi nihil amplius audeant/& cum eorum iudicium diuturnus iam uſus
atq; experientia confutauerit: parere iam non amplius præcipere decreuerint: ſe a
tumultu colligunt:atq; ſeipſas excitant: ſummaq; contentiõe iuſtitiæ nebulis ſua
luce fugatis mentemq; ab iniquiſſimo ſenſuum iudicio prouocauit ita a cretenſi
domicilio abſoluunt: ut tamen italicam profectionem ſuo decreto edicant. Ad-
duntq; propterea ſuæ ſententiæ ſtandum: quoniam eadem iubeant quæ ipſe Apol
lo a quo mittuntur dicturus ſit: Et profecto mens noſtra multarum rerum uſu
iam doctior reddita multa ex ſe cognoſcit: quæ ſapientia præcipere conſueuit:
Nec uero quempiam moueat ſi deorum penatũ oratione perſuadeatur Anchiſes

Nam ubi ratio præualere iam ceperit : appetitus illi ſubiicitur:Multũ iam profece
runt dii penates:qui quæ obſcurius Apollo ſignificauerat perſpicue enodarunt:
docentq; in italiã ad rerum diuinarum cognitionem enauigandum eſſe : Beatus
profecto Aeneas ſi decretis ſtaret : ſi quod bonum eſſe cognouit:id ita mordicus
arriperet ut nulla re inde poſſet auelli:Non enim totiens a recto curſu deiiceref:
Verũ non is adhuc uir eſt qui conſtanti habitu in his obdurauerit:& per ſũmã tẽ-
perantiam a rerum mortaliũ cupiditatibus ſit penitus purgatus:ſed inter continẽ
tiæ atq; incontinentiæ uarios fructus uacillans ſæpe cum ad aliquod ſpatium ſuo
uento proceſſerit : nauis ſubito a recto curſu deiicitur . Non enim is gubernator
clauum tenet qui ſummo nauigandi artificio aſperrimam etiam tempeſtatem
ſuperare ualeat:ſed Palinurus : qui poſtquam ceruleus ſupra capur aſtitit imber
noctem hyememq; ferens.poſtquam inhorruit unda tenebris : poſtquam conti-
nuo uenti uoluũt mare magnaq; ſurgunt æquora:& quæ ſequuntur.ipſe diem
noctemq; negat diſcernere cælo: nec meminiſſe uiæ:Diximus a principio ſolo ap
petitu moueri animum:diximus itidem duplicem eſſe appetitum alterum qui a
ſolis ſenſibus exciteturirationiq; aduerſetur:dicaturq; libido:alterum qui rationi
pareat:uoluntaſq; iure nuncupetur . Qui quidem ſi naui præfuiſſet:poterat eti
am aduerſantibus uentis iter rectum tenere.Sed præfuit Palinurus:is enim eſt qui
ſolis ſenſibus obtemperati uireſq; aduerſus uentos interprætari poteſt
enim græce retro & uentis dicitur quaſi qui in contrarium refe-
rat. Hic igitur inſurgentibus perturbationibus/uehementioribuſq; cupiditatibus
ueluti tenebris animum inuoluẽtibus cum ipſe nulla rationis luce illuſtratus ſit
dies a noctibus id eſt uerum a falſo diſcernere negat . Magna profecto hominum
inſcitia:maximaq; ſenſuum perturbatio qui ita rationi aduerſantur : ut quãuis il
la ſæpe inſurgat : ut animum ab illorum nefaria tyrannide ſeruituteq; eripiat:ipſa
q; ueluti iuſtiſſima regina ueram uelit inducere libertatem:tamen cum nondum
uires ſuas recuperauerit:nuperq; a diuturno exilio reuerſa a paucis ſuorum ciuiũ
cognoſcatur ſæpe antea quã eius regni quod ſibi iure debetur/poſſeſſionem recu-
peret ab illis repellitur:quippe qui multos iam annos tyrannidem tenentes omni
largitionum genere appetitum corruperint : illumq; adeo demulſerint:ut malit
in ſeruitute uoluptuoſe degere quã honorifice in libertate laborare. Quamob-
rem cum crebra inter illos prælia cõmittantur:diſcedit ſæpe uicta ratio. Illi enim
parere recuſans Palinurus nihil ſanum ſentit : Eiuſq; ſtultitia atq; temeritate cõ-
mittitur ut deſtituto curſu : quem penates dii præceperant in ſtrophadas inſu-
las declinetur . Hunc autem locum nos ni fallor auaritiæ uitium recte interpræta
bimur / non illud tamen quo inde rapimus : unde minime conuenit : id enim
nobis Thracia deſignauit. Verum aliud quod tunc patratur : cum ex iis quæ
iam peperimus minime illis ſubuenimus : quibus ius naturaq; ac humanæ ſo
cietatis uinculum ſubueniendum poſtulat . Doctus enim iam fragilitate rerum
humanarum Aeneas ad diuina ratione id efflagitante / ferebatur. Sed appeti-
tus aduerſus illam adhuc contumax ſtare decretis non potuit. Verum ad ea quæ
uulgus admiratur rurſus conuerſus diuitias cupit . At quoniam multum de pri-
ſtina feritate iminutũ fuerat:nõ ui neq; rapinis illa ſibi comparare contendit: ſed

per ſũmas ſordes plus quam par eſt parto pacens nullo liberalitatis munere fugiẽs neq; ſibi neq; ſuis beneficus eſt. Quæ quidem cum facit ſe parcum non auarum prædicat: præfert enim ſpeciem boni uiri cum peſſimus ſit. Quapropter non iniuria harpyæ ipſæ uirginea facie finguntur. ſimulant enim pudorem: modeſtiam: ſobrietatemq;: omneſq; uirtutes præ ſe ferunt. At earũ uentris proluuies fœdiſſima eſt. Quis enim poſſet auaritiæ ſordes explicare: quis quã turpis hominis diuitis eiuſdemq; tenacis uita ſcit ſatis referre? Cum furor haud dubius: cum freneſis manifeſta ſit egenus uiuere: ut diues moriaris: Quid mirũ igitur ſi earum facies palida ſemper e fame & macilenta ſit: Nam huiuſcemodi homines iure tantalo comparamus: qui inter aquas. interq; uaria poma conſtitutus ſiti tamen atq; fame conficitur: Nam ut cumulus diuitiarum creſcat ipſe interim ſuum/ut ille terentianus Geta defraudans genium partis abſtinet ac timet uti: Quod autem uncis fingantur manibus ratione non caret: Nihil enim remittunt quod ſemel ceperint auari: Quin ſunt adeo pernitioſi auaritiæ unci: ut hominem ad diuina quædam natum ab altiſſimis curis ad hæc inferiora trahant: & ueluti de cælo in terras & e lucidis ſyderibus in profũdiſſima tartara trudant. Auertit enim nos atq; ſeuocat habendi cupiditas a cognitione earum rerũ quibus ſolis fœlix animus eſſe poſſit. Sapienter igitur adiũgit. Triſtius haud illis mõſtrũ nec ſæuior ulla peſtis: & ira deum ſtygiis ſeſe extulit undis: Non autẽ ſtulta ratio poetas impulit: ut ex Thaumante patre: & matre Helectra oceani filia natas harpyas fabulentur. Thaumantem recte admirationẽ dicemus græci enim admirari dicunt. Cũ enim ob ſummã ſtultitiam diuitias maxima bona putemus cum aut bona non ſint aut minima bona: proptereaq; illas admiramur: euenit: ut ex ea admiratione cupiditas habendi nos inflãmet. Nemo enim cupit ea quæ negligit: atq; contemnit. Sunt autem ex ea matre quæ ſit Oceani filia: Nam ſiquis materiam diuitiarũ diligentius conſideret: omnia mari ſimillima in ea uidebit. Vt enim mare in aſſiduo motu eſt: cunctaq; in eo facile miſcentur: atq; perturbantur: ſic diuitiis atq; opibus nihil fluxibilius inuenias: multiq; tumultus ac ſæuiſſima bella inde excitantur. Hæ igitur cum paſſim armenta gregeſq; paſcant: nihil inde ſibi ad neceſſitatem ſumunt, nihil aliis ſumere permittunt; Verum & ab hoc quoq; ſe genere auaritiæ quandoq; explicat uir ſummi boni acquirẽdi cupidus. Relinquerat olim uoluptates. inciderat in rapinas: quibus quoq; damnatis oraculum conſulit: A quo accipit noſce teipſum: in quo errat Anchiſes cum ea ad corpus referet: quæ de animo præcipiebantur: cautuſq; ſuo damno factus errorem cognoſcit: conſilium mutat: relictaq; creta tendit in latium. Verum rurſus perturbationibus uexatus animus ad diuitias rurſus refluit: non tamen ad eas quas rapinis ut hactenus: ſed quas nimis ſordida parſimonia comparet: Sed & hoc quoq; uitium eſſe cognoſcens/proptereaq; damnans: ad Helenum per hoſtes proficiſcitur. Habes igitur quare in harpyarum inſulam delatum finxerit Aeneam. Quod uero ab ipſis ueſci prohiberetur iam paratis epulis inde eſt: quia eam uim habet auaritia/ut qui etiam ditiſſimi ſint fame perire quam uel minimam acerui particulam imminuere malint. Armis tamen eas pepulerunt Troiani: Nam cũ auaritia ex imbecillitate atq; hũilitate animi naſcat̃: quæ cã eſt: ut & ſenes & mulier-

culæ quæ minori animo ſunt auariores ſemper ſe præbeant / tunc facile pellitur
ſi fortem generoſumq; ſumamus animum . Diſcedit e ſtrophadibus æneas : ſed
non prius quam triſte a celeno oraculum accipiat : mendax omnino uates & in
primis ſubdola : & quæ uerborum ſtrepitu horrorem inde incutere uelit unde ni
hil ſit timendum : Sed profecto hoc morbo laborant auari : Nam ſi quando ho-
neſta quædam & uera ratio illos ad diuina exploranda erigat : proptereaq; huma
na hæc & mortalia negligenda ſuadeat : ſtatim inſurgit ex auaritia metus ſi rem
noſtram familiarem neglıgentius curemus fore ut ſi fame pereundum : Sed ne-
ſciunt ſtultiſſimi homines quam paucis natura contenta ſit : quam facile : quam
minimo ſumptu eius diuitiæ comparentur : Eſt autem fames iis timenda qui in
anes qui infinitas cupiditates & quæ neq; neceſſariæ neq; naturales ſint ſibi explē
das propoſuerint : quorum uorago tam lata tam profunda eſt : ut nulla auri ui :
nullo gemmarum lapillorumq; cumulo repleri queat . Qui autem ita uitam in-
ſtituerunt : ut ſola ſe uirtute beatos putent : animumq; non corpus ditandum ꝓ
ponant : his omnia ſemper abunde aderunt : Quam quidem rem : quo tibi pla-
nius exprimam : atq; adeo potius oculis ſubiiciam . propone tibi duos diuerſiſſi-
mæ quidem fortunæ / ſed eiuſdem pene ætatis uiros Alexādrum macedonum re
gem / & Cynicum Diogenem utrum ditiorem iudicabis : uide quid dicas . Maximi
Alexandro theſauri erant plurimi robuſtiſſimiq; exercitus ſibi militabant : Impe-
rium latiſſimum poſſidebat . Innumeræ pene nationes ac populi ex Europa Aſia-
q; uectigales huic erant . Diogene autem quid poteſt anguſtius excogitari : qui præ
ter rimoſum illud uas e figulo acceptum : quo ſe reciperet ut e frigore caloreq; tu-
tus eſſet ne tuguriolum quidem haberet : quem eodem panno in utroq; ſolſtitio
obſitum conſpiceres : cuius cruda olera etiam nullo ſale aſperſa beatiſſimorum re
gum dapes ſuperarent . Vtrum igitur horum ditiorem Laurenti iudicabis ? Ego q
dem inquit LAVRENTIVS ſi a deprauatiſſima conſuetudine : quæ altera pene
in nobis natura eſt diſceſſero / & rem totam ſenſuū iudicio excluſo rationi cogno-
ſcendam tradam beatiſſimum Diogenem : miſerrimum Alexandrum proferre nō
dubitabo . Vehementer enim iis aſſentior : qui in diuitiis penſitandis non quan-
tum cuiq; adſit : ſed quam abunde id quod adeſt ſibi futurum ſit animaduerten-
dum cenſent . Si enim is diues eſt cuius cupiditatibus adeo ſatis ſuperq; factum ſit
ut nihil præterea deſideret quis Diogene ditior : qui cum ſiue paſtorem ſiue arato
rem quendam cauis manibus aquam e fonte ad potum haurientem uidiſſet : po
culum quod ad eundem uſum fictile gerebat ueluti ſuperuacaneum abiiciēdum
putauit . Quis rurſus Alexandro pauperior : qui poſtquam a Democrito ut pu-
to philoſopho plures eſſe mundos audiuerat : lamentari non ceſſauit tanquam
nulla ratione diues effici poſſet niſi illos prius imperio ſuo adiecisſet ? Recte o Lau
renti de utroq; ſentis inquit BAPTISTA . Quamobrem cum idem rex motus
animi tranquillitate quam in Cynico cognouerat ita pronūciaſſet : cuperem Dio-
genes eſſe niſi eſſem Alexander : magna ex parte ſtultitiam ſuam indicauit : cum
in ſummis opibus ægere : quam in ſumma inopia diteſcere mallet . Quamobrē
diſcant homines quam paucis natura contenta ſit : quod cum didicerint : oracu-
lum a Celeno æditum facile ridebunt : quamuis ipſa ut orationi ſuæ fidem faciat

dicat ſe ea pronunciare quæ Phœbo pater omnipotens ſibi Phœbus Apollo prædixit. Nam ſemper auari qui ſunt: uitium quo laborant falſis uirtutum ſimulachris tegere conantur. Nam quæ mœra auaritia eſt: eam parſimoniam uocant: & aut deorum: aut maximorum uirorum auctoritate famem timendam perſuadere conantur. Doloſa profecto cupiditas: & quæ eos etiam quos prudentiores putamus ſæpe decipiat. Aduerſus cuius fraudes illud unicum remedium eſt noſſe ea quæ hominum ſtultiſſima cupido ad uitam degendam neceſſaria putat: non modo nihil prodeſſe: ſed omnium noſtrorum malorum cauſam exiſtere.

Deſerens igitur Harpyarum inſulam Aeneas ad Helenum enauigat: Eſt autem Helenus & uates & conciuis. Quapropter recte illum dicemus ingenitam nobis rationem & ueri lumen quod natura in nobis refulget: quod nos falſis bonis decepti conſulimus ut in rectam uiam ab erroribus reducat. Ipſe autem uates uera prædicere poteſt: ſed difficile eſt ad illum peruenire: cum ſit iter per medios hoſtes tenendum: Nam & ſenſus omnes & appetitus ſenſibus obtemperans uolentibus nobis in uerum iudicium deſcendere ſemper aduerſantur: Atq; adeo nobis conſultantibus obſtrepunt: ut uix rationem adire & uera bona a falſis ſecernere poſſimus. Verum cum ad Helenum peruenerimus iuuat euaſiſſe tot urbes argolicas medios fugam tenuiſſe per hoſtes: Superatis enim perturbationibus tranquilla quietaq; relinquitur mens: in qua ſe exercitans lux rationis nobis uerum oſtendit: Quo doctior facta mens agnoſcit italiam: quam propinquam eſſe putabat uia inuia longe diuidi: multumq; maris eſſe circueundum: & ad inferos deſcendendum antea quam quietas in Italia ſedes collocet: Quæ quidem omnia quanta ratione dicantur: facilius eſt mente complecti quam uerbis exprimere: poſtquam enim animus non dico profligatis/ſed magna ex parte repreſſis uitiis per medios/ut diximus hoſtes in lumen ſuæ lucis deſcendit: tum demum aduertit ſummum bonum: quod in propinquo collocatum habemus putabat procul abeſſe: oportereq; nos amplo circuitu Maria mōſtris obſeſſa pernauigare: Nam inter ipſam contemplationem: & hanc quam uiuimus uitam interiacet is quem iam totiens appetitum nomino ueluti turbulentiſſimum mare: quod ſcylla charibdiſq; pernitioſiſſima monſtra infeſtum reddant: & tamen eſt per hæc loca enauigandum ſi in Italiam uenire uolumus: Diximus enim a principio ſi recte memini nulla alia ui niſi appetitu animum moueri. Sed quoniam de duobus iis monſtris dicitur a poeta: facile eſt ex ipſis fabulis quid ſibi uelit coniectari: Nam cum eas fœminas rapaciſſimas fuiſſe memoriæq; proditum ſit: non ne per eas commode exprimi animi nimias cupiditates dicemus: quarum principes luxuriem atq; auaritiam eſſe nemo dubitat. Scylla ergo a glauco adamata uenereas uoluptates exprimet: quæ maxime rebus noſtris florentibus uigent: Nam quod eius uniuerſa pubes in canes latrantes conuerſa ſit/ quantum ad negocium faciat: facile eſt cognoſcere. Charibdim uero ipſi quoq; Herculi boues quondam ſubripere auſam quis non intelligat ſimulacrum nobis auaritiæ referre: & qnoniam ab ea non ita in rebus fœliciter ſuccedentibus urgemur quemadmodum a libidine. Sed tunc potius cum nimis anguſtius diuitiarum terminis incluſi uidemur: ac ob eam cauſam minime nobis noſtra placent:

infœlicesq; eſſe opinamur : iecirco dextrum a ſcylla : leuum a charybdi latus obſi
deri Maro dixit : quoniam altera in rebus quas aduerſas putamus : altera in iis
quibus uehementer delectamur : nimis nos urget . Quæ cum Baptiſta dixiſſet :
atq; reſumendi ſpiritus cauſa aliquantulum obticuiſſet . Admiror inquit Lauren
tius tam magnæ tamq; reconditæ doctrinæ diuinitatem . Verum quanto me iſta
magis delectant / tanto magis cupio : ne minima quidem in tota re mihi dubita-
tionem relinqui . Itaq; utar ea quam mihi conceſſiſti libertate uel licentia potius :
Atq; ut iam intelligas quid illud ſit : quod niſi tibi aliter uideatur / planius fieri
cupio . Oſtenderas a principio ea ratione poſitum eſſe a Marone Troiam æneam
reliquiſſe : quoniam iam uir ille corporeas uoluptates contempſiſſet : per thraci-
am uero atq; ſtrophadas utrunq; auaritiæ genus expreſſum eſſe uoluiſti : Cur igi-
tur ſi huiuſcemodi iam uitia exuerat Aeneas : rurſus nunc ut illa uitet ab Heleno
monetur? Delectat me tua interrogatio o Laurenti inquit BAPTISTA : Oſten-
dit enim maiori quodam iudicio quam iſthæc ætas gerere ſoleat te ea quæ dixi cō
ſideraſſe : Verum quo omnia tibi plane pateant : memineris non eum uirum a
Virgilio produci Aeneam : in quo uirtutum habitus corroboratus ſit . ſed qui
pro uirtute aduerſus uitia ita pugnet : ut non ſine multa difficultate per continen
tiam uincat : nonnunquam etiam ueluti incontinens uincatur. Qui uero in Ita
liam id enim eſt ad diuinarum rerum inueſtigationem uenturus eſt / huic non ſa
tis eſt : ut continens ſit . Nam quamuis continentia a cupiditatibus arceat : tamen
quoniam in aſſiduo certamine uerſatur : non præſtat eam animis noſtris tranquil
litatem / qua ad res tam excelſas cognoſcendas opus eſt . Quamobrem egenus
ipſa temperantia uirtute undiq; abſoluta : & in ipſo pene tertio uirtutum ordine
corroborata / qua qui inſtructi ſunt / non ſolum omnes cupiditates ſuperant : ue-
rum etiam illarum penitus obliuiſcuntur . Hoc autem habitu nemo mortalium
ſe corroboratum iri confidat : niſi plurimis aſſiduiſq; actionibus prius ad eum cō
ſequendum ſe exercuerit : Quæ res ſine longioris temporis interuallo effici non
poteſt . Huiuſcemodi igitur temporis moram Virgilius poetice quidem ſed opti
me tamē expreſſit : cum dixit : Præſtat trinacrii mœtas luſtrare pachinni . Ceſſan
tem longos / & circunflectere curſus . Quod autem moneat ut eo quem dixi ha-
bitum ſe confirmet æneas uerſus unus indicio eſſe poteſt . Adiungit enim quam
ſemel informem uaſto uidiſſe ſub antro ſcyllam : Quamobrem rectiſſime uni-
uerſum locum concludemus neminem poſſe ipſam diuinitatem attingere : niſi
per longum prius interuallum eum : quem dixi habitum ita contraxerit : ut non
modo non rapiatur a ſcylla : ſed ne ſemel quidem ipſam uideat . Quod quid ali
ud ſibi uult : niſi ita obliuiſcatur cupiditatum omnium : ut nunquam illæ in con
ſpectum ſuæ mentis redeant : perpulchre perq; commode omnia iſta inquit LAV
RENTIVS. Verum quid tibi paulo ante explicare libuerit : triplici illo ordine uir
tutum non plane intelligo. Res inquit BAPTISTA huiuſcemodi eſt : quæ & ſæ
pe alias maximo tibi uſui & præſenti ſermoni apprime neceſſaria futura ſit. Diui-
nus enim Plato cum uirtutes de uita & moribus eaſdem quas cæteri poſuiſſet : ita
ad poſtremum illas diuerſis ſiue ordinibus ſiue generibus diſtinguit : ut alia qua
dam ratione ab iis illas coli oſtendat : qui cœtus ac ciuitates adamant : alia ab iis

qui omnem mortalitatem dediſcere cupientes/& humanarum rerum odio moti
ad ſola diuina cognoſcenda eriguntur: alia poſtremo ab iis qui ab omni iam cō-
tagione expiati in ſolis diuinis uerſantur: primas igitur ciuiles dixit/ſecundas pur
gatorias/ac tertias animi iam purgati. Eſt enim triplex hominum recte & ex ratio-
ne uiuentium ordo. Horum trium inferior eſt eorū qui in ſociali ac ciuili uita de
gentes rerum publicarum adminiſtrationem ſuſcipiūt. His ꝓximi ſed tñ erectiori
gradu conſtituti ii ſunt: qui a publicis actionibus ueluti tēpeſtuoſis: ac procelloſis
& in qbus fortunæ temeritas oīno dominetᷣ: ſe in portum tranqllitatis trāſferunt
& a turba in ocium ſe recipiētes/quietā uitam degūt: non ita tñ ut nō aliqd adhuc
reſtet aduerſus quod luctādum ſit. Supremo aūt loco eos cernes qui penitus a re-
rum humanarū concurſatione: ac tumultu remoti nihil cuius pœnitēdum ſit/cō-
mittūt. Eſt autem oibus his ordinibus hoc cōmune/ut uirtute duce cūcta ad boni
rectiq; normam dirigāt: Verum qa in uita ciuili cupiditatibus: ac pturbationibus
omnia tumultuantᷣ hiſq; non niſi ægre reſiſtitᷣ: dicunt in ea hoīum genere uirtu-
tes incohatas potius q̄ abſolutas: Quapropter id in illis prudentia cōtendit/ut ni
hil agatur: cuius non poſſit ratio ſaltem probabilis reddi: Fortitudo uero animū
ſupra omne piculum atq; metum affert: & nihil niſi turpia timendū admonet.
Temperātia autem oſtēdit ſola honeſta appetēda: nulla in re moderationis legem
excellēdam: oēs cupiditates iugo rōnis ſubiiciendas: Iuſtitiæ poſtremo pres ſunt:
ut unicuiq; ſuum reddatᷣ: ut æquo iure oēs uiuant. In ſecūdo aūt illo hoīum gene
re: qui ea ſe rōne a negocio in ocium uendicāt/ut liberius poſſit rerum diuinarum
contēplationi incūbere: fungetᷣ munere ſuo prudētia ſi ſpretis oibus mortalibus
rebus & cæleſtium collatione pro nihilo habitis omni cura omniq; cogitatione
ad diuina conuertatᷣ. Temperātia autem cum ea ſolum nobis cōceſſerit/ſine qui-
bus ſeruari uita non poſſit: cætera omnia ſeueriſſimo iudicio contēnenda: fugien
daq; pronūciabit. Sed nec aberit fortitudo quæ aſſiduo præcipiat: ut nullum incō
modum: nullum laborem: nullū periculum horreſcamus/quo minus recto & ꝑ
petuo (ut ita loquar) curſu ad cæleſtia & ad originē ſuam tēdat animus. Dices qd
iuſtitia. Hoc ꝑfecto minus tibi imponet: ut reliquarum uirtutū cōſenſum in hu-
iuſcemodi ꝓpoſitum flectat: Iſti quoq; ut ſupiores aduerſus pturbationes pugnāt
ſed facilius ſuperāt: ſeq; paulatim expiatos reddunt. Quapropter uirtutes ipſæ in
illis purgatoriæ appellantur. Verum audi iam tertium illud eorum genus/quorū
animi ab omni uitiorum labe ꝓcul abſint. Hi igitᷣ in eo prudentiam exercēt/non
ut delectu quodam habito diuina terrenis præferant: ſed ūt illa ſola noſcant: ſola
q; ueluti nihil aliud ſit intueantur. Adhibent autem temperantiam non ut cupi-
ditates coherceāt: ſed illas penitus ignorent. Eadem ratio erit fortitudinis. Illa eni
perturbationes non uincit: ſed ignorat: Quin optabit dura atq; horrenda ſibi of
ferri: non ut uictoriam aſſequatur: ſed ut in eorum obliuione perpetua firmitate
perduret. Quæ omnia ſi diligenter inſpicies/facile cognoſces id ab heleno admo
neri æneam non poſſe illum ſedes in Italia qetas ſtabileſq; collocare/niſi prius ad
hoc tertium uirtutum genus peruenerit: Quid ergo hactenus: nonne Troiam
deſeruerat: ac thraciam ſtrophadeſq; reliquerat. Deſeruerat quidem: ſed nondum
tamen & ſi uitia fugiſſet/illa dediſcere poterat. Hunc autem non ut uoluptatem

auaritiamq; deponat:quod iam fecerat:ſed ita de mēte deleat: ita perpetuæ obli
uioni mandet:ut nunquam eorum memoria illum ſubeat:Cū autem præ omni
bus rebus iterum atq; iterum Iunonem placandam moneat:qua quidem aduer
ſante italiam nunquā potiturus ſit:nōne nobis documentum eſt maximum nul
lum ex innumeris uariiſq; uitiis eſſe:a quo etiam ii qui ad quæq; excelſa erigun-
tur : ægrius liberētur quam ab honorum imperiiq; cupiditate.Facile eſt enim cō
temnere uoluptates ei qui iam maiora mente concepit.Diuitias uero & ſi ſpeciē
maximorum bonorum a principio nobis oſtendant:poſtremo tamen ab excellē
ti animo negliguntur.At uero honores magiſtratus & imperia quoniam excel-
lens quoddā & eminens in ſe cōtinere uidentur:ſpecie decori atq; magnifici ani-
mum etiam excelſum decipiunt:Nam cum cupiat ille ſeſe quā proximū deo red
dere:animaduertat autem nulla alia re nos magis deo ſimiles eſſe quā dandis be
neficiis:Neq; hæc præſtari ab hominibus poſſe niſi in ſumma rerū poteſtate con
ſtituti ſint:accenditur uehementi quadam cupiditate ut reliquos antecedat : Eſt
enim natura nobis īditū/ut ſemp ſupiores in rebus oībus euadere cupiamus:Ce
dere autē aut ſuccumbere turpiſſimum putemus.Q uæ quidem naturalis cupi-
ditas niſi recta rōne temperet in ambitionē ac poſtremo in tyrannidē nos rapit:
in qua multa aduerſus humanitatem crudelia tetra nefariaq; cōmittimus : & cū
natura ipſa niſi deprauata fuerit ad magnanimitatem erigat nos ad ſuperbiam
& dominatum omnia rapimus.Hinc fraudes:hinc cædes : hinc reliqua īmania
flagitia inſurgunt.Q uibus rebus ipſam humanitatem exuti in truculentiſſima
monſtra conuertimur.Non igitur ſine ſumma ſapiētia ad Cyclopum littora Ae-
neā deducit diuinus poeta:ut oſtendat qui magna quædam & excelſa petunt:cū
nulla certa ratio animū regat:ſeſe falli & pro animi magnitudine in īmanitatē la
bi.Sed hæc quoq; loca miſeria ad ſe fugientis uiri admonitus quā primū effugit
Aeneas.Q uid enim aliud nobis expreſſius effingere : atq; ipſis(ut ita loquar)
oculis ſubiicere poteſt ambitioſam & ſumma efferitate deteſtandam tyrannicā
uitam quam cyclops Poliphemus:qui procul ab omni hominum conſortio hu
manis carnibus paſcatur.atq; inter luſtra ferarū ſolā uitā agat . Nonne enim iure
Andropophagos:ſic enim eos appellant græci qui humanis carnibus ueſcun-
tur:illos eſſe dicemus : non qui carentia iam anima corpora id enim multo ma
gis tollerandum eſt:in ſuas epulas conuertunt:ſed qui uiuentes omnibus cru-
ciatibus crudeliſſime exedunt:qui ut aut tyrannidem ſibi comparent:aut iam cō
paratam tuentur:optimum quēq; uirum & iuſti æqui ac libertatis amatorem
ſæuiſſime interficiunt.Q ui ut ſceleratiſſimi uoti compotes efficiantur:non mo
do ſingulos homines trucidant:ſed totam urbem:neq; ſolum totam urbem:ſed
integras nationes ferro igni fameq; populantur:cuncta libidini militari ſubiici-
unt:Q ui neq; agris cultoribus ſpoliare:neq; hominum pecudumq; prædas abi
gere uerentur:qui pueros teneraſq; uirgines ex parentum complexu aut ad mor
tem aut ad libidinem rapiunt:qui caſtarum matronarū pudicitiam expugnāt:
qui publica ac priuata ſacra profanaq; ædificia funditus euertunt:& qui modo
in florentiſſima re publica ampliſſimum dignitatis gradum ſumma cū gloria ob
tinebant:eos nunc oībus fortunis ſpoliatos in miſerrimā ſeruitutē abducunt:

Q uos igitur cyclopes:quos leſtrigonas cum iſtorum imani ſæuitia cōferemus?
Q uamobrem uir ſummi boni cupidus qui antea non bene inſtituta animi ſui
magnitudine quacunqꝫ uia ad honores imperiaqꝫ nitebatur:nunc demum tam
nefariam crudelitatem quam primum eam nouit deteſtatur:nouit autem ex ma
cilenta ſqualentiqꝫ achemenide forma per quā ſapiens poeta omnes calamitates
quæ ex tyrannide generi humano perueniunt : latenter ſignificauit:cum ciues
paulo ante omnibus ampliſſimorum honorum gradibus honeſtati/ad rerū ino
piam extremāqꝫ famem cōpelluntur:cum illuſtris mortis mœtu latere coguntur:
Relicta enim cariſſima patria ignobiliſſimis obſcuriſſimiſqꝫ locis exulant: Q uæ
quidem miſeria etiam ſi in graium hominem & Aeneæ hoſtem cadat:tamē non
poteſt ipſe qui uir bonus aut ſit aut eſſe ſtudeat ad ſummū tyrannidis odium nō
impelli.Q uis igitur Maronis ſapientiam non iure admiretur:qui uirum in ita
liam uenturum maria atqꝫ adiacētia littora tam horrendis monſtris obſeſſa ita
caute circuire iubet:ut illis omnibus euitatis in Siciliam incolumis perueniat un
de breuiſſimus curſus in italiā ſit.Facile enim eſt homini qui ſe ab omni iā auari-
tiæ ſpecie expediuerit omnemqꝫ iniuſtitiā atqꝫ efferitatē exuerit:ad rerū magna-
rum cognitionem erigi:præſertim ſi iam in Siciliam uenerit.Eſt aūt Sicilia nūc
inſula olim uero italiæ cōiuncta:& continentis pars:ſed uenit medio in pontus
& undis heſperium ſiculo latus abſcidit:aruaqꝫ & urbes littore diductas anguſto
interluit æſtu.Ita enim ab imortali deo a principio creata eſt diuinitas animorū
noſtrorum:ut unā eademqꝫ ſit pars inferior rōnis:de qua paulo poſt erit diſtin-
ctius diſputandum cū parte ſuperiori.Sed quoniā ipſa in agendis rebus uerſat
circa ea quæ loco & tempore circūſcripta aſſiduam mutationem recipiunt euenit
ut interuenientibus uariis perturbationibus:quibus prudentia decepta ſæpe pro
bonis mala eligit:ratio ipſa inferior illis ueluti uehemētiſſimis fluctibus aſſiduo
percuſſa ab italia tandem diuellatur:& a ſuperiori ratione ad appetitum defici-
at.Q uæ omnia quāuis ita ſint unde tamen breuior curſus ad italiam.i.ad con-
tēplationē:quæ in ipſa ratione ſuperiori poſita eſt:quā a ratione inferiori quæ
per Siciliam ſignificatur nihil reperies præſertim humato parente:quē nos mol
litiem quandā eneruatā homini a ſenſibus prouenientē interpraetati ſumus.Nū
quam enim ad ueram contemplationem deueniemus:niſi prius ipſa (ut chriſtia
norum uerbo utar) ſenſualitas non modo extincta uerū etiā penitus ſepulta in
nobis fuerit. Q uapropter ſi recte animaduertis de Anchiſe morte meminit
poeta de ſepultura non meminit:nō enim in italiam eſt uenturus. In quinto
uero libro celebratur funus:ut demū ſepulto Anchiſe in italiam cōtendere lice
at.Apparatis itaqꝫ rebus oībus Aeneas ex ſicilia ſoluens paulo poſt italiæ por-
tus ſubire ſperat.Neqꝫ fuiſſet a ſua ſpe deceptus ſi Iunonem aduerſiſſimam ſi-
bi deā ex Heleni præcepto antea placauiſſet.Oſtendimus paulo ante Iunonem
honoꝝ imperiiqꝫ cupiditatē exprimere:in qua quidē & ſi Aeneas ita ſe gerat:ut
nihil iniuſte/nihil crudeliter in rerū adminiſtratione acturus ſit.hoc enim a Po
lyphemo fuga indicauit nihilominus cum in conſpectu Italiæ iam ſiti & in li
mine pene ſpeculandi conſtitutus:Animaduertatqꝫ non poſſe in rerum diuina
tum cognitionē deueniri:niſi humana hæc omnia cōtēnat/nititur ille quidē

Digitized by Google

rem perficere. Sed appetitus qui non dum ratione ſubiectus ſit omnino re-
pugnat: falſiſq; argumentationibus perſuadet non eſſe aut negligendos hono-
res/aut impia relinquenda. Percõmode omnia a te inquit LAVRENTIVS &
ad rem uehementer appoſitæ. Sed unum eſt de quo & ſi fortaſſe conſentanea ſu
ſpicer: tamen ſententiam tuam uehementer cupiam. Nã quid ſibi obſecro uult
difficilis illa & apprime moroſa dea Iuno. Si enim manentibus Troiæ Troianis
iraſcebatur: cur deinceps iiſdem illis in italiam enauigãtibus adeo hoſtili animo
aduerſatur: an fortaſſe quia utraq; uita ambitioſo & imperii cupido aduerſa ſit.
Iſthuc ipſum inquit BAPTISTA. Ambitiõis enim dea olim Aeneæ iraſcebatur:
qui uoluptatibus delinitus nihil honorificum quæreret: nunc autem rurſus ira
ſcitur: cum uideat illum ad altiora quædam erectum ea quæ cæteri mortales in
admiratione habent: omnino contemnere. Omittens enim illa que primum
gradum in uitã ciuili tenent non mortalia amplius: ſed immortalia quærit: mi
rifice igitur a poeta.

Vix e conſpectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti: & ſpumas ſalis ære ruebant.
Cum Iuno æternum ſeruans ſub pectore uulnus:

& quæ deinceps ſequuntur: Ratio enim uiuendi: quæ honoribus inſeruit cum
animaduertat ſe ab Aenea deſeri: a quo olim quoq; cũ ille uoluptatem: ociũq;
amaret neglecta fuerat/uehementer dolet. Cognoſcit enim ſi Romanũ imperi
um cõſtituũtur fore: ut ſua Carthago ruitura ſit: Quis enim non intelligat ſi
ad cõtẽplationem: qui præſtanti ingenio ſunt uiri acceſſerint/illos ciuiles actio-
nes eẽ deſerturos. Dolet igitur & p̃ſenti iniuria admonita p̃teritorũ reminiſcit̃.

Manet enim alta mente repoſtum
Iudicium paridis ſpretæq; iniuria formæ.
Et genus inuiſum & rapti ganymedis honores.

Quæ quidem fabulæ ſi diligentius conſiderentur nihil aliud nobis præter de-
ditã uoluptatibus uitam referẽt: Nam Paridis iudicium in quo Iunoni Venus
præfertur: quid aliud cẽſeas niſi uitæ honorum cupide mollẽ eneruatãq; & uo
luptatibus addictam præponi: Genus autẽ inuiſum. i. Iouis Electræq; adulteri-
um: ac poſtremo raptum Ganymedẽ nemo modo mediocriter eruditus ſit alio
traducet: His igitur accenſa Iuno naufragio Troianos perdere tentat. Verum
ne nos ea quæ ſub huiuſcemodi tempeſtatis figmento recondita ſunt ulla ex
parte lateant: neue quid Iuno: quid æolus: quid neptunnus ſibi uelit incogni-
tum relinquatur: pauca de animorum noſtrorũ ui atq; natura repetenda ſunt.
Illud tamen p̃monebo euenire: ut eadem ad multos locos enodandos adhiben
da ſint: Quæ ſi ſemel a me expreſſa cæteris deiceps in locis ueluti iã cognita ſilẽ
tio p̃tereant̃: uideo me qđ ſũmopere cupio breuitati inſeruiturũ. Sed rurſus cũ
eodẽ tẽpore/ſi ſic agamus/duplex tibi onus ipoſiturus ſim: erit enim eodẽ tpe
& memoria qđ alibi dictum ſit repetendum: & quod interim perpetuo oratio-
nis filo contexit̃: ſine ulla intercapedine: percipiendum malo loquacior eſſe/q̃
cõmittere ne ingeniũ eodem momento in plura diſtractum: uel minimã diſpu
tationis particulã incognitã prætermittere cogatur. Cum igitur ad id quod pro

Intellectus. Mens

prium noſtrumq́ eſt: quodq́ a noſtræ originis diuinitate traximus: id eſt ad ratiocinandum/ad contemplandum/ad intelligendum erigimur: eam animi partem adhibemus: quam græci νοῦν nos mentem nuncupamus. Verum hác multi ſed præcipue Platonici chriſtianiq́ philoſophi duplicem eſſe uoluerunt: alteram inferiorem quam rationem appellant: diuiniorem alteram & ſuperiorẽ: quam intellectum nuncupant. Quapropter ſapienter Auicẽna animos noſtros ueluti alterum Ianũ duplici ore inſignitos eſſe dixit: ut hoc ſurſum uerſum principia altiſſima per ſapientiam ſuſpiciamus. Illo uero res mortales & actiones humanas per prudentiam adminiſtremus. Diuiditur igitur mens in duo ſurſum in ſapientiam/deorſum in prudentiam: quæ ſit recta rerum agendarum ratio qua ſi in uirum & mulierem: ut uir ſuperior ſit & regat: Mulier inferior & regatur: Quapropter egregie illud: Melior eſt iniquitas uiri quã mulier benefaciens: nõ enim præponitur iniquitas uirilis æquitati muliebri: Sed commode exprimitur rectius eum agere: qui deſiderio rerum cæleſtium raptus plurima corporis & ſocialis uitæ commoda negligat: quæ res uidetur iniqua: quam eum: qui ut nullum uitæ ciuilis officium deſerat: cæleſtium rerum curam omittit: Quæ cum ita ſint: uideamus quæ a Marone dicuntur: Nempe æolum Iunonis præcibus uentos: quos Iouis iuſſu regere debet/in mare emiſiſſe: qua tempeſtate obrui poterant Troiani niſi illis a Neptunno ſubuentum fuiſſet. Quo in loco ſi uitæ ciuilis cupiditas ſit Iuno commode æolum inferiorem: neptũnum uero ſuperiorem hominis rationem interpræetabimur. Non igitur mirum ſi ab honorum ac imperii ardentiſſima cupiditate ratio illa inferior flectitur: atq́ de ſuo gradu deiicitur. Referunt fabulæ æolum uentis præpoſitum a Ioue eſſe: ut iuſſu ſuo illos & intra carcerem cohibere: & inde emittere certa quadam lege ualeat. Quamobrem celſa ſedet æolus arce Sceptra tenens mollitq́ animos: & temperat iras: & illud Ni faciat maria ac terras: cælumq́ profundum: Quippe ferant ſecum rapidi: uerrantq́ per auras. Et profecto ita inſtituti ſunt animi noſtri a rerum omnium ſummo architecto: ut cum ſit in nobis ea pars quæ ad res aſciſcendas fugiendaſq́ inſurgit: præponatur ſibi ea rationis particula: quæ inferior cum ſit: ad res omnes agendas recte appetitum moueat. Ratio autem ipſis mortalibus indita non a corpore eſt: ſed a Ioue. Hæc igitur dum ſuo cõditori obtemperat celſa arce ſedet: quia nihil humile cogitat: ſed quæq́ egregia: atq́ excelſa meditatur: tenetq́ ſceptra. Nam totius uitæ adminiſtrationem habet: mollitq́ animos/& temperat iras: cum nimiis cupiditatibus appetitum coercet: atq́ intra modeſtiæ fines continet: Sin autem ita Iunonis blanditiis demulcearur: ut ſuæ naturæ propriæq́ originis immemor rerum terrenarum cupiditatibus irretiatur/totum illi ſe præbet: eiuſq́ iuſſu non autem Iouis uentos/hi enim perturbationes ſunt/emittit. Illi uero mare quem appetitum eſſe diximus paulo ante tranquillum ex diuerſis partibus ferientes horrendas tempeſtates excitant: hebetant enim rationis aciem honorum cupiditates: quæ ueluti nubibus obducta uerum bonum a falſo non diſcernit: ipſumq́ appetitum: qui a ſenſibus originem ducit: non modo non reſtinguit ardẽtem: uerum ultro inflãmat: & gentem Iunonis inimicã: ea aũt eſt mens no

Aur.

Sapientia
Prudentia

ir. int. sup.
ir. rō. prud.

ſtra humanarum rerum contẽptrix: diuinarum autem cupida/inſanis perturbati
onibus obruere nititur. Sed redeo ad Iunonem. Illa enim cum recens iniuria anti
quum ſibi uulnus refricaſſet: ira plena in æoliam tendit.
Nimborum in patriam loca fœta furentibus auſtris.
Callida omnino dea quæ regionem ad ea quæ cupiebat perficienda ſibi deligere
non ignorauit: Cum enim rerum humanarum amor nos ad diuinarum cogniti
onem abſtrahere nititur: in æoliam patriam uentorum: id enim eſt in appetitum ꝑ
turbationibus expoſitum ueniat neceſſe eſt. Verum iouis iuſſu hoc regnum æolo
commiſſum eſt: Nam ſi deo obtemperemus rationi ſemper obtemperabit appeti
tus. Rectiſſime enim Platonicum illud bono uiro legem deum eſſe: malo autem
libidinem: Quãobrem huiuſcemodi rationem deprauare aggreditur Iuno: & ue
luti ii qui cauſæ ſuæ diffidunt: & falſis rationibus perſuadere/& largitionibus cor
rumpere iudices patant: ita ipſa æolum adorituri conaturq́ꝫ oſtendere æquum eſſe
ut ille gentem ſibi inimicam Italiam attingere prohibeat. Perſuadetur æolus: ſeq́ꝫ cũ
cta ex iuſſu Iunonis facturum recipit: Quin quicqd imperii habet/id omne a Iu
none recognoſcit. Nam niſi inflãmetur appetitus cupiditate rerum terrenarũ: atq́ꝫ
illa ueluti mare uentis turbetur: minime uideretur indigere uita noſtra imperio ratio
nis. Hoc igitur pacto ſe omnia Iunoni debere ratio fatetur ueluti quæ (niſi ꝑturba
tiones aſſint) nihil habeat in quo ſuum imperium exerceat: ac decepta cupiditate ea
rum rerum quas magnas putat: uentis habenas remittit/ac mare perturbat: quoni
am turbulẽtiſſimis cupiditatibus appetitum cõcitat. Quibus æneas qui ad cæle
ſtium rerum contẽplationem tẽdit/adeo laborum periculorũq́ꝫ magnitudine infrin
gitur: ut a ꝓpoſito deiiciatur: Et ꝑfecto cum appetitus quo ſolo animus mouetur:
& quo nos ad ſummum bonum duci oportet/alio nos rapiat/inſurgit atrociſſima
illa tempeſtas: in qua eripiunt ſubito nubes cælũq́ꝫ diemq́ꝫ teucrorũ ex oculis. Nã
qui paulo ante tranqllo appetitu ad ſpeculationem ferebantur: inſurgentibus per
turbationibus adeo illis obcæcantur: ut quicqd luminis a rõne ꝓueniebat/penitus
tollatur: Vnde fit ut nox atra ponto incubet. Appetitus enim qui hactenus luce ra
tionis illuſtrabatur/nũc illa amiſſa in tenebris uerſatur. Adeoq́ꝫ æſtuat hoc mare: ut
alii aqlone feriantur/hæc enim elatio quædam eſt: quæ a rebus ſecundis profluit.
Alii in ſummo fluctu pendent: nam ſupra ſuas uires difficilia arduaq́ꝫ aggredien
tes anxii ſolicitiq́ꝫ perpetua expectatione pendẽt. Alii terram inter fluctus tangen
tes ab ipſa fortuna deiecti miſeriarum cumulo obruuntur. Sunt deniq́ꝫ qui in ſa
xa latentia contorquentur. Nam multi cum impetu perturbationum ad huiuſ
cemodi cupiditates explendas temere feruntur: in uariaq́ꝫ pericula ſibi improuiſa
incidunt. Sunt poſtremo quos auaritia ueluti in ſyrtes trahat. Nam quis non ui
det eſſe etiam quorum nauis demergatur. Vnde uere omnino apparent rari nan
tes in gurgite uaſto: Nam ex inumera mortalium turba: quos perturbationum ꝓ
cella demergit: pauci emergere ualent: Facto enim habitu pauci ad portum enare
poſſunt: præſertim cum ipſe gubernator a temone reuulſus imo in præceptis deie
ctus in profundum ruit: Cum enim ea animi pars quæ uitæ regẽdæ præpoſita eſt
ſua ſede deiicitur/actum iam de uniuerſa re eſſe quis non putet? Hæc autem om
nia cum Iunonis æoliq́ꝫ culpa accidiſſent: interim Neptunnus commotus graui

tate tempeſtatis placidum caput ex ſumma unda extulit.Neptũnum poetæ ſum-
mum maris deum eſſe finxerunt:Dico aũt ſummum:quia alia quoq; aquarũ nu-
mina extant:& profecto plures uires appetitui præſunt:mouet enim ille iudicio
ſenſuum:mouet rõnis inferioris:ſummum tamen impium ſupiori rõni reſerua
tur.hæc igit ratio quam nũc neptũni nomine ſignificat poeta cum oĩbus pturba-
tionibus rapi uexariq; uideat:caput e ſumma unda ueluti ex ſpecula effert:Vnde
ipſius appetitus fluctus ꝓcellaſq; animaduertẽs aĩum illius furore in præcipitium
rapi cognoſcit:neq; ſolum tẽpeſtatem ſentit:ſed etiam ipſam Iunonis dolis excita
tam intuet:Nouit enim recta ratio aĩum ita affectum:ꝓpterea in has miſerias in-
cidiſſe:quoniã falſa bonoꝝ ſpe decepta inferior ratio uentos nõ modo non cohi-
buerit:ſed ultro emiſerit:Quamobrẽ ut ſubitũ tãto malo remedium afferat euꝝ
zephyrũq;:ac reliquos uẽtos ad ſe conuocãs grauiter increpat:qui impio titanum
ſanguine orti/deoꝝ regnum infeſtare audeãt:Referũt enim fabulæ uẽtos Aſtrei
filios fuiſſe:Aſtreum aũt unum ex iis titanibus eſſe dicũt:qui imani impietate ad-
uerſus deos imortales temerariũ bellum ſumere ſint auſi.Hæc igit in fabulis re-
peries:Non aũt ſi Ciceronem reliquoſq; doctiſſimos uiros audiamus:quidnã ali
ud cum diis bellum gerere q̃ naturæ noſtræ repugnare interp̃tabimur:Qua qui
dem re quid magis temerariũ eſſe poſſit non reperio:nam quẽadmodum eos tũ
demum ſapiẽtes & dicimus & ſentimus:qui naturam optimam ducem ſequunt
ita illos ſtultos temerarioſq; putabimus:qui ab ea oĩno deſciſcũt.Iure igit uentos
e titanibus ortos finxerũt:quoniã pturbationes a temerario ſemp:& naturæ repu
gnante iudicio ꝓueniunt.Audax igitur facinus cõmittunt perturbationes:quæ
ſtultitia & temeritate humana gente appetitum diuinitatis noſtræ id eſt rõnis im-
perio ſubiectum turbare audeant.Quamobrem iuſte a neptũno obiurgant uen
ti:iuſteq; impium pelagi ſibi uẽdicat neptũnus/cum in bene inſtituto animo hu-
iuſcemodi illud eſſe oporteat ut ſolo mentis iudicio moueatur.Ad huiuſcemodi
igitur ſententiam commode poſſe transferri æolum/atq; neptũnum putaui.Qd
ſi qua in parte ſatis tibi factum non eſt:aut ſi quid in mentem uenit:quod aptius
loco quadret:promas illud licet:Nihil enim eſt quod uerearis:aut pudore impe-
diaris:Nam neminem ex omnibus qui uiuunt inuenies/qui aut æquiori animo
refutari patiatur:q̃ ego fero/aut auidius quod neſcierit addiſcat: Neq; eſt etiam
quod dicas huiuſcemodi ſenem ego adoleſcens.Vidi enim multos ex iis qui & ha
bentur & ſunt doctiſſimi nonnunq̃ admonitu etiam indoctiſſimi hominis in ea-
rum rerum cognitionem ueniſſe:in quam ſuo ingenio tam diuturno nunquam
tempore hactenus uenerant.Ego inquit Laurentius quid aliis euenerit neſcio:mi
hi tamen nunq̃ tantum arrogabo.Verum quia accidere in tanta rerum copia atq;
uarietate doctiſſimis quibuſq; ſolet/ut cum plurima eodem tempore ſeſe mẽti of
ferant:nonnulla ſint:quæ & ſi non explicent:facile tamen & reliquorum ſimili-
tudine percipi poſſint.Sint etiam & alia quæ quamuis enucleate planeq; ediſſerã-
tur:hebetiori tamen ingenio qui ſunt illa minime conſequant:utar ea quam mi
hi permittis licentia:& quoniam de coniugio æoli:atq; deiopeæ nihil a te dictum
eſt:petam niſi id omnino inutile ducas:ut ſi quid ea in fabella ſit:quod ad rẽ no-
ſtram conferat/nobis explices.At dices nunquid tibi in mentem uenit: ne etiam

in minutioribꝰ me defatiges. Venit q̄dem. Nam cum ratio a diuinis ad humana abducenda eſt: nullum pene maius præmium proponi poteſt: q̄ pulchrum caſtũq; coniugium: inde enim cupiditas illa naturalis: quæ eſt coniunctionis maris & fœminæ expletur. Inde ſobolis eſt ꝓpagatio: quæ quidem non ſolum uoluptati ſimul ac uſui nobis eſt: uerum etiam poſteritati conſulit/ut etiã mortui aliquo modo in illis uiuamus. Iſthuc ipſum inquit BAPTISTA nec modo ꝓpoſitæ quæſtioni rationem habeas/quicq̄ eſt præterea deſiderandum. Nam id hoc in loco aperiam: quod alio paulo poſt foret aperiẽdum. Priſci igit̃ illi qui de deorũ natura ſcripſerunt: tria theologiæ genera poſuerũt: unum fabuloſum/quod græci mithicon nominant: quo quidem populum ocioſum in theatro oblectarent: Alterum naturale/id enim eſt phyſicon: per quod cõmode uim naturæ exprimunt: ut cum per ſaturnum filios omnes præter illos quatuor uorantem tempus nobis denotant: quod ſi quatuor elementa excipias: omnia ſua edacitate conſumit. Tertium uero icirco ciuile appellant: quia inde ad bene beateq; uiuendum præcepta promãtur Conſueuere igitur poetæ quibus nihil doctius reperias/hæc omnia ita confundere: atq; in unum cõmiſcere: ut optimo quodam temperamẽto eodem tempore & aures ſumma uoluptate demulceant: & mentem recondita doctrina alant: ac nos ad rectum atq; honeſtum & ad ipſum ſummum bonum deducant: Nos aũt quoniam ſi hæc omnia exactius in Marone ꝓſequi uoluiſſemus: nimis operoſum negocium ꝓponi uidebat̃ duobus primis generibus obmiſſis intra ciuilis generis cãcellos diſputationem noſtram incluſimus. Quapropter illud paululum: q̄d modo de fabula decerpſeras/noſtro operi conducet: Nam reliqua phyſicen ſpectant. Dicunt enim Phœbi Auroræq; filias. xiiii. fuiſſe eaſq; Iunoni nymphas attributas ex illorum enim interp̃tatione Iuno aer eſt. Aeri autem ſeptem quædam attributa ſunt. Septem itidem in aere gignunt̃. Quæ omnia ipſius ſolis tunc maxime cum in noſtro hemiſperio uerſat̃: opera proueniunt. Sed ut de primis priori loco dicatur eſt aeris ut leuis ſit: ut mobilis: ut calidus: ut humidus: ut ſerenus: ut taciturnꝰ ut ſpirabilis: has igit̃ ueluti ſeptem nymphas finxerunt poetæ: earum autem quæ in aere gignunt̃ primam ponunt quæ Iris appellat̃: Cui etiam attribuũt tres ueluti miniſtras pluuiam grandinem niuem. In his enim contingit ut nubes ſoli opponat̃: ſed eſt id (ut ita loquar) nubiũ corpus ut alia ſui parte denſum/ut alia denſius/alia denſiſſimum ſit. Quapropter a prima ſubrubeus/a ſecũda ceruleus/a tertia niger color peruenit: Contra uero partes quæ in ea puræ ſunt croceum: quæ uero puriores uiridem: quæ poſtremo puriſſimæ album colorem remittunt: hæc igitur prima ex aliis ſeptem nympha eſt: quam deinde ſex ſequũtur phython cometa fulmen tonitruum: exhalatio ac terremotus: de q̄bus ſuo ordine diſputare nõ grauaremur: niſi ex tribus illis quæ dixi generibus ciuile ſolum proſequi conſtituiſſemus: Verum cum uoles hæc probe & quid ſint/& qua ratione gignantur: facile cognoſces. Sunt enim in iis quæ meteora appellantur ab Ariſtotele quidem p̄ acute: ab Alberto uero cui magno cognomen eſt etiam aperte perſcripta. Quod autem deiopeam omnium pulcherrimam ſe daturam pollicetur Iuno ratione nõ caret. Eſt enim ea in aere facies quæ ſerenitas dicitur. Quæ res autem magis in cupiditatem rerum humanarum trahere æolum poterat: quam ſerena cæli facies: p

quam quidem rem proſperum in cunctis rebus fœlicemq; euentum ſignificare
uoluit:cuius quidem ſpe omnes labores ac difficultates in uita ſociali perferimus
Perplacent iſta inquit LAVRENTIVS : atq; ita perplacent: ut nihil in iis præte-
rea deſiderem:perplacent quoq; quæ tu de ratione appetituq; dixiſti:ſed uide ne
pugnantia loquaris.Nam ſi recte memini/tu paulo ante æolum inferiorem ratio
nem eſſe uoluiſti:nunc neptũnum ſuperiorem ponis:recte utrũq;: Verum cũ hic
imperium ſibi non autem illi datum dicat:non uideo cur æolo quoq; non conce
datur:ut mare uel in mittendis uel cohercendis uentis:aut extollat aut ſedet: Nõ
eo inficias inquit Baptiſta pertinere ad hanc inferiorem rationem:ut cum de agẽ
dis rebus iudicium habeat/ipſa appetitum & ad ea quæ aſciſcenda ſunt impellat:
& ab iis quæ ſunt fugienda auocet.Verum quemadmodum in bene inſtituta re
publica ſupremus quidam magiſtratus creatur:cuius arbitrio & ſi omnia gerant:
alii tamen aſſunt minores magiſtratus:quibus ſingulis ſingula committantur:ita
totius uitæ imperium in mente conſiſtit:ita tamen ut inferior ratio appetitui ea le
ge propoſita ſit:ut nihil niſi recte iudicet.Q uod ſi illecebris rerum humanarum
decepta non recte ſentiat:ſed ſint eius iudicia falſa/adeſt ſupremus ille magiſtra-
tus ad quem prouocare liceat:Q uapropter recte ſcriptum eſt æolum nõ niſi clau
ſo carcere regnare:quoniam in uita hac communi ac ciuili potius cohibetur appe
titus ui quadam rationis:quam quietus tranquilluſq; reddatur:non enim in bo
nas affectiones conuertuntur:ſed potius moderatione cohercentur:Ratio autem
ſuperior cum caput ex undis extulit:emiſſamq; a Iunone hiemem cognouit:cun
cta in tranquillitatem redigit.Emittit enim caput ex undis cum ſe a corporea mo
le:qua hactenus obruta opprimebatur uendicans ipſa ſe excitat:atq; a ſenſibus ſe
uocat:quo tempore non ſolum cognoſcit qua hieme opprimatur æneas ne in Ita
liam tendat:uerum etiam tantorum malorum cauſam Iunonem id eſt rerum hu
manarum cupiditatem eſſe intelligit:Q uamobrem uentos q̃primum a mari re-
mouet : Nam uacuus perturbationibus appetitus rationi obtemperantior reddi
tur . Illoſq; ut deterreat maiores pœnas ſibi daturos minitatur : quam illi ab
Aenea acceperint : nec iniuria . Nam appetitus a perturbationibus inuaſus ad
tempus uexatur . Intelligentia autem illa ſuprema ſi imperium ſibi uendica-
rit / quoniam ſummo lumine animus illuſtratus nunquam deinceps nec deci
pitur : nec labitur : neceſſe eſt ut perturbationes : quarum genitrix falſa opinio
fuerat in nobis penitus ſepultæ reddantur . Q uapropter non ſimili pœna cõ
miſſa uenti Neptũno luent . Sed undæ quæ ſequantur . Remotis uentis nu-
bes diſperſas in unum colligit Neptunnus : atq; collectas fugat : Eſt enim hoc
intelligentiæ : ut a principio ſingulas falſas opiniones proſequatur : in unum
q; congerat : atq; demum confutet : quibus confutatis tum demum ſolis lu-
ce : ea enim eſt ueri cognitio cuncta illuſtrantur . Q uin & cimothoe & triton
naues a ſcopulis abducunt . Cimothoe per undas currens ſi græcum uerbum
aduertas facile interpretatur . Triton autem neptunni tubicen habetur.Iſta igi
tur duo numina a ſcopulis cupiditatum naues reducunt : quia cum rectum no
uerimus/uana relinquimus . Scientiam autem aut noſtro ingenio aſſequimur:
cum id ſua uelocitate per cuncta diſcurrat : aut doctrina aliunde accepta pri-

mum illud cimothoes uelocitas exprimit. hoc autem triton ſignificat. Nam ut tubicines ſuo præconio mandata principis manifeſtant: ſic doctrina quid ueritas uelit aperit: Quod autem proſpero curſu per pacatum mare utatur neptũnus facile probatur. Nam cum pacatus eſt ab omnibus perturbationibus appetitus ita per eum labitur ratio: ut nuſquam offendat. Diximus de tempeſtate. Nũc ad reliqua pergamus: Neptũni beneficio ex tam manifeſto periculo erepti Troiani cum feſſi fractiq; Italiam utpote longinquam terram contingere poſſe deſperarent: extemporaneo atq; minime præmeditato conſilio ad propinquum carthaginenſium littus uela dirigunt: puto uos meminiſſe italiam ſpeculationis: carthaginem actionis figuram habere. Quapropter id nunc exprimit poeta quod in humana uita ſæpe uſu uenire uidemus: Sunt enim multi: qui cum neq; in uoluptate: neq; in diuitiis neq; poſtremo in honoribus ſummum bonum inueniant ad ueri cognitionem ſeſe conferant: Verum cum ſe humana omnia facile poſſe contemnere: & ſeorſum ab hominum cœtu contemplationi incumbere exiſtiment: iamq; rem aggrediantur uix illam reliquerunt cum tantum relictarum rerum deſiderium inſurgit: adeoq; ex recordatione tantarum illecebrarum effeminantur: ut rurſus in ſummas perturbationes incidant: quæ quãuis tandem ſumma ratione ſedentur: adeo tamen defeſſi defatigatiq; relinquuntur animi noſtri: cum non ſine difficultate tam horrendam tempeſtatem euaſerint: ut ſatis ſuperq; egiſſe putent ſi ſocietatem humanam incolentes quæ immania & humano generi pernitioſa ſunt uitia effugiant. Virtutes autem ſi non exactas: atq; perfectas/incohatas tamen retineant: & cum difficultate eius uitæ quæ in ueri ſpeculatione poſita eſt deterreantur: animaduertant quæ huiuſcemodi uitæ genus humanam pene imbecillitatem excedere cum Ariſtoteles maius aliquid quam hominem eſſe qui hæc poſſit affirmet ſecum ſic ratiocinantur. Non parum erit uoluptatum incendia euaſiſſe: Thracenſium rapinas euitaſſe: hac harpyarum ſordes & Cyclopum immanitatem refugiſſe. Nunc uero ſi id non poſſumus: quod diuinitatis potius: quam humanitatis eſſe uidetur: illud quis reprehendet ut in hominum ſocietate ad quam colendam tuendam: augendamq; nati ſumus: uerſati prudenter iuſte fortiter deniq; ac temperate uiuamus/ parati pro patria ac parentibus nullum laborem: nullum periculum deuitemus. In omnes qui nobis ſanguine coniuncti ſunt pietatem obſeruemus: Ciuibus noſtris aut egenis liberaliter ſubueniamus: aut errantibus rectam uiam demõſtremus: aut iniuria oppreſſos conſilio opera gratia auctoritateq; noſtra ſubleuemus. Speculationem uero magnarum rerum in maturiorem ætatem atq; in ipſam ſenectutem: quæ a multis perturbationibus: quibus huiuſcemodi uita maxime impeditur liberior eſſe ſolet reiiciamus: quam quidem ſententiam iis quæ de Hyſach magni Abraæ filio dicuntur: tueri ſe poſſe confidunt: Nam quod de patriarcha illo legitur egreſſum eſſe ad meditandum in agrum inclinata iam die ita interpretantur exiſſe illum a corporeis ſenſibus ad meditandum in agrum quaſi ſeorſum ab humana frequentia inclinata iam die/ id enim eſt circa ſenectutem iam feruore ſanguinis ceſſante. Conant̃ præterea ſuam cauſam grauiſſimorũ uirorum teſtimonio corroborare: qui uſum potius

rei quam cauſam unde bonum ſit conſiderantes actionem contemplationi an-teponunt. Præſertim in uiridiori ætate: in qua philoſophum agere. dicere rem publicam adminiſtrare militare atq; imperare iubent: oſtenduntq; Platonem ip ſum ualidioribus annis & nauigationes in ſiciliam: & ſtudia in Dioné exercuiſ ſe: Seneſcentem autem in academia circa ueri inquiſitioné quieuiſſe: Xenophō-tem quoq; adoleſcentem in rebus agendis ſummopere laudant: Senem uero in ſpeculatione admirantur: & beatum propter ocium putant: Quin etiam mul-tos ut ſapientiores fierent plurimos populos peragraſſe oſtēdunt: Quapropter & Homerus Vlyxem ſapientem propterea dicit: quod multorum hominum ur bes ac mores nouerit: Huiuſcemodi igitur ac plura alia in unum colligētes/quæ tu ſummo artificio ac prudentia nudius tertius cum hoc genus uiuēdi laudibus efferes enumerabas ſpeculandi propoſitum in ſeriorem ætatem reijciunt: atq; ad res ciuiles agendas interim ſe conuertunt: Quod quidem uitæ genus qui ui tuperabit/is profecto iuſtam ut ab omnibus uituperetur cauſam præbebit. Sunt enim ſua ſibi quoq; munera: & plurima quidem atq; præclara: quibus ſi recte fū gatur: & cæteris utilitatem & ſibi gloriam tranquillitatemq; quoad imbecillitas humana patitur ſine controuerſia pariet: Quapropter non ſine ſumma ratione tutus tranquilluſq; portus in carthaginenſi littore deſcribitur: cuius formam ſi-tumq; quæſo diligentius inſpicite. Eſt enim in ſeceſſu longo locus: quem inſula portum efficiat: Mortalium enim uita continentem: ea enim terra eſt quæ mari-nis fluctibus minus eſt expoſita nuſquam habet. Inſulam autem habet æſtuanti bus aſſiduo furentibuſq; undis undiq; percuſſam. Sed quæ tamen ita ſua mole hereat: ut aduerſus omnem uentorum undarumq; impetū immobilis ſemper obduret: Nam cum hæc quæ momentanea ſunt: & tamen ſtultitia humana bo na putantur fortunæ temeritati ſubiecta ſint: cūq; amore ſui mentes humanas in cendant conficerent profecto nos niſi inſula in medio mari ſimus: quæ quāuis undiq; mari tundatur: tamen uirtutibus ſtabilita non mergitur. Eſt autem in lō go ſeceſſu: Nam animus uirtutibus aduerſus fortunæ impetus munitus procul a perturbationibus ſeiunctus eſt. Illæ enim obiectu laterum repelluntur. Cū hinc fortitudo contra res aduerſas: hinc temperantia aduerſus res ſecundas opponat: recteq; uaſte rupes appellantur. Virtus enim in difficili loco poſita eſt. Adde qđ ita medium tenet: ut quocunq; te inde amoueas: ad extrema perueniendum ſit: unde tanquā e p̄cipiti rupe labaris geminiq; minantur in cælum ſcopuli. Nam non ſolum noſtra prudentia freti res magnas aggredimur. Verum multo magis diuino conſilio confiſi. Nec temere dictum eſt ſub ſcopulorum uertice æquora tuta ſilere. Nam appetitus duplici lumine illuſtratus ab omni ſemper perturba tione liber eſt. Quod autem deſuper ſcæna coruſcis ſiluis & atrum nemus horrenti umbra imminet: non caret ratione: Nullo enim in homine prudenti-am inuenias: qui earum rerum quas ſua temeritate fortuna uerſat euentus peni tus præuideat: cum tot tamq; diuerſis caſibus exponamur: ut perſæpe & quæ nocitura ſint ſummis uotis expetamus: & ea quæ ſi euenirent ſaluti uſuiq; eſ ſent: ueluti noxia omni induſtria fugiamus: Deniq; in aduerſa fronte aquæ dulces depræhenduntur. Nam cum procul a uariarum cupiditatum fluctibus

conſiſtimus: exurgit huiuſcemodi uita: quæ ſi nõ beata omnino & quieta tamen
tranquillaq́ ſit. Huiuſcemodi igitur portum ſubeunt: qui ſuprema diu ſectati
ac poſtremo difficultate deteriti ſe in uitam ſocialẽ conferunt: in qua ciuilibus
uirtutibus exculti cum uerſentur laudem non mediocrem reportant: longe ta-
men ab ea diuinitate quã quærimus abſunt. Quod autẽ ſeptem nauibus huc
ſubierit: quodq́ reliquos e ſcopulo proſpiciens requireret: quod demũ ſociorũ
inopiam farina uinoq́ ſubleuauerit huc pertinent ut intelligamus eũ qui rẽ pu-
blicam adminiſtrandam ſumat oẽs labores omnia incõmoda ſubire oportere:
ut illorũ quæ ſuæ fidei cõmiſſi ſunt ſalutem incolumitatemq́ conſeruet: Qua-
propter & Acates (ea enim principis cura eſt) ignẽ excitabit/id eſt deſides ad res
agendas accendet: ut quæ ad uictum neceſſaria ſunt minime deſint: & ſcopulos
aſcendens abſentes requiret: quos ſi tutari non poterit iis qui aſſunt conſulet: illo
rumq́ inopiam cũ ſubleuauerit etiam oratione conſolabitur: optimiſq́ pceptis
ita imbuet/ut admoneat non eſſe huiuſcemodi hoc uitæ genus ut in eo ſedes fi-
gere uelimus: Sed eſſe omnes labores ac difficultates ſuperandas /ut in italiã per
ueniamus: ubi demum ſedes quietas inueniẽt: ubi etiam Troia reſurget: Nam cũ
uita uoluptuoſa ibi quæreretur ea aderat uoluptas: quæ a ſenſibus profecta cor
porea eſſet & caduca: & quã ſtatim pœnitentia ſequebatur. In italia autem uolu-
ptas ſũma proueniet a diuinarũ rerum ſpeculatione. quæ uera ſimplexq́ ſit uo
luptas quæ perpetua: quæ æterna quã nullus mœror ſubſequatᷣ. Hæc enim opti
mi principis adminiſtratio eſt: nã cũ uideat ciuilẽ actionẽ humanæ indigentiæ:
non autẽ ei quæ in nobis eſt diuinitati inſeruire: ita in illa uerſabitᷣ: ut cũ quæ ad
mortaliũ inopiã neceſſaria ſunt ꝓuiderit: ſuorũ tamẽ animos ad diuina erigat:
iubebitq́ eos aduerſus fortunæ caſus durare: & ſe rebus ſecundis quas in latio
inueniẽt ſeruare. O diuinum ingeniũ. O uirũ inter rariſſimos uiros omnino ex
cellentem: & poetæ nomine uere dignum: qui non chriſtianus omnia tamẽ chri
ſtianoꝝ ueriſſimæ doctrinæ ſimillima proferat. lege apoſtolũ Paulũ. libet enim
unum hinc ex omnibus ueluti noſtræ religionis caput nominare: qui uitam hu
manam ad huiuſcemodi normam dirigit: ut neq́ corporis neceſſaria ſubtrahen
da: & uero inueſtigando ſemper uacandũ cenſeat. Quid enim ille fuſe lateq́ de
ſcribit: quod hic poeticis anguſtiis non coarctet: Mira profecto res: ut ſingula pe
ne uerba longiſſimas e platonica: ariſtotelicaq́ re publica: ſentẽtias amplecti ua
leant: Sed nolo quod quidem hactenus nuſquam feci: ita exacte hunc locum
proſequi: ut reliqua deinceps aut omittenda: aut ea celeritate præteruolanda
ſint: ut idem nobis eueniat: quod longam picturam in citatiſſimo curſu per-
ſpicientibus euenire ſolet. Ii enim in puncto temporis: cum id etiam magnope
re contendant: colores notare uix poſſunt: liniamenta autem: & corporũ ſimu
lacra & quam græci ſymetriam nominant ne uix quidem. Quapropter reli-
qua ad maius ocium differantur. Oratio autem Veneris ad Iouem rurſuſq́ Io-
uis ad Venerem meram textus ſeriem continere placet. Inſeruiũt enim omnia
poetico figmento: ita tamen: ut non nihil de mathematicis decerpat Maro: &
tandẽ Iulioꝝ familiam in primis autem Auguſtũ laudet. Nam quæ ad allegori
am referre uolumus inde ſolũ accerſenda cẽſeo unde ducẽtẽ ſua ſpõte ſequanᷣ

Sin autẽ ui ingenii inuita eruantur/tantũ de grauitate ſua amittunt:ut ridicula
pene reddantur: Itaq; omittamus anxias interpretationes: eaq; ſolum aſſuma-
mus/quæ non modo in abdito non latent: ſed ultro ſeſe quærentibus offerunt.
Q uod autem paulo ante ad mathematica pertinere dixi paucis quidem ſed ut
temporũ anguſtiæ ferebãt nõ oĩno obſcuræ in principio expoſitũ eſſe puto. Itaq;
reuertor ad Aeneã. Ille enim per noctẽ plurima mẽte repetẽs ſtatuit ut primũ illu
ceſceret locoꝝ naturã diligẽtius explotare: & hoĩes ne an feræ teneãt inueſtigare.
Q uibus uerſibus qualem oporteat eſſe rei publicæ adminiſtratorem egregie ex
primit. Atq; in primis illud homericũ approbat.

Q uis enim cui tot mortalium cura cõmiſſa ſit uni
uerſam noctem ſomno impendet. Id autem ſumma ſapientia dictum omnes
fatebuntur: Eſt enim optimi principis uel præcipuum munus cum loca inculta
uideat: ut homines ne an feræ inhabitent ſibi exquirendum proponat. Nã qui
uitam ciuilem diligenter intuetur: uaria hominum ingenia: uaria ſtudia uarioſ-
q; mores inueniet. Sunt enim qui recto honeſtoq; ſemper incũbant: ciuili con
cordiæ faueant: Libertatem ſaluam eſſe cupiant: neminẽ pluſquã leges in re pu-
blica ualere uelint. Iniuria oppreſſos ſubleuent. Superbiam ſeditioſorum ciuiũ
deiectam cupiant. Maieſtatem publicam pro uiribus augeant. Religionem de-
niq;: ac iuſtitiã omnibus rebus præferãt. Hi igitur iure hoĩes appellari poſſunt:
quoniam humanæ naturæ officia non deſerunt. Contra autem plurimos reperi
as/quorum petulantiſſima libido nihil ſanctum/nihil pudicum relinquat: pluri
mos qui ſũma auaritia accẽſi/omnia uenalia habeãt: & aut ueluti uulpeculæ do
lis: inſidiiſq; incautos decipiãt: aut uiribus ſuperiores cum ſint opibus quoq; &
honoribus eos anteire uelint: quibus ſapientia ac uirtute longe ſint inferiores:
huiuſcemodi igitur uitiis deprauati homines quãuis effigiem mẽbraq; humana
retineant/tamen quoniam mores ferinos induerunt/nõ amplius homines: ſed
immaniſſimæ feræ putandi ſunt. Q uapropter in humanis cœtibus longe plu-
ra ſunt illa: quæ uitiorum uepretis atq; ſenticetis tanq̃ inculta horrent: quam ea
quæ ingenuis artibus præclariſq; uirtutibus exculta niteſcant: progreditur igiť
Aeneas ut ſingula diligenter exploret: non temere tamen: ſed Acatem fidiſſimũ
comitem ſecum ducit: & armis inſtructus incedit: Nam quis unquam recte rẽ
publicam adminiſtrauit: cuius animus aut cura ac diligentia uacuus ſit: aut for
titudine careat. Illis enim quæ agenda ſunt multo antea præuidemus. hac au
tem nequid ex iis quæ magna ac præclara ꝑuidimus ob mœtũ infectũ relinqua
tur reſiſtimus: Cum igitur reiecto in aliud tempus contemplationis propoſito
ad ciuilem uitam digrediatur Aeneas: Sitq; & in ea multum elaborãdũ/opus
eſt ut & duce matre ad illam perueniat. Niſi enim amore earum rerũ quæ agẽ
dæ ſunt caleſcat animus aduerſus tantos: tamq; uarios labores obtorpeat ne-
ceſſe eſt. Fit ergo illi obuiam mater nõ tamen cõfeſſa deã/qualiſq; uideri cælico
lis & quanta ſolet: Eam enim ſe tũc oſtendit cũ filium a uoluptate eo cõſilio ab
ducebat/ut ad ſũmũ tenderet: Q uo tempore oportebat eũ inflãmari amore di
uinarũ rerũ: qui & ipſe diuinus ab omni materia & corpore ꝓcul abſit. Hic aũt
earum rerũ amore incendiť: quæ corporeæ & magna ex parte materia demerſæ

ſint:Q uapropter non deam confeſſa:ſed humana forma diſſimulata ſeſe filio
offert:& in ſylua ut uenatrix illi apparet:Q uem quidem locũ planius uobis ex-
primam:ſi pauca omnino nec niſi ea quæ neceſſaria ſunt prius de ſylua expoſue-
ro.Omnium rerum quæ ſunt rectum quendam ordinem exiſtere : Triſmegiſtus
Homerus ac Plato oſtenderunt:Atq; ut quot ſentirent dilucidius exprimerẽt au
ream cathenam a naturæ fonte ad infimam uſq; fecem demitti finxerunt:qua ſu-
is gradibus cuncta connectantur:cuius origo eſſentia dei cum ſit eo ordine proce
ditur ut ſecundo in loco potentia:tertio ſapientia:atq; quarto uoluntas collocẽt:
hæc ſequitur fatum atq; illud anima mundi:deinceps ſunt cæleſtes demones:ſũt
ætherei:ſunt aerei:ſunt humectei:ſunt deniq; terreni. Vltima autem omnium hy
le(quam nos ſyluam dicimus)in infimo reſidet:Poſſem ſingula non ſine ſum-
mo uſu atq; uoluptate oratione mea proſequi . Sed quoniam diſputatiõi noſtræ
neceſſaria non ſunt breuitati conſulam.Q uamobrem cæteris obmiſſis deũ prin
cipium ſyluam extremum in cathena ponemus.Nihil igitur deo ſuperius . Nihil
ſylua inferius.nihil hoc præſtantius.nihil illa uilius . Media uero inferiora ſupe-
rantia ſuperioribus uincuntur.Eſt igitur deus & ſylua:hæc autem materia eſt:ex
qua omnia corpora ſunt . Vt enim lignarius faber materiam ex qua cuncta faciat
ſyluam habet . Continet enim illa rude adhuc lignum : & informe : Sed quo ta-
men innata ſibi facultate formas omnes recipere ualeat:faber autem in quaſcun-
q; uult formas illud traducit :eadem ratione ad deum materia eſt.Deus enim for
mas omnes ab æternitate complexus eſt . Materia uero ſi illius naturam inſpicias
formam nullam certam expreſſamq; habet . Verum innata ſibi recipiendi faculta
te : & ut ita loquar confuſe omnes continere uidetur .Materiam uero quia mater
ſit dicitur . Deus autem pater : forma uero proles.Deus enim dat.ſylua recipit .
forma naſcitur . Q uapropter recte Triſmegiſtus patrem matremq; æternos:pro
lem uero mortalem dicit . Mater eſt materia quia ſinum præſtat. Deus gignit : &
creat : ac ſua quidem ui . Illa autem ex alterius immixtione concipit .Concipit au
tem infuſione ſpiritus diuini : quam animam mundi nominat Triſmegiſtus :
Q uæ res eum mouet : ut deo officium patris tribuat : quoniam infundit : Syl-
uæ uero matris : quia a deo concipiat : Animam deniq; mundi uim ſeminis ha-
bere dicit : quia a deo ipſa inſpiretur in ſyluæ gremium . Prætereo plurima nomi
na : quibus uarias ſyluæ proprietates exprimit : Illa enim nihil ad hæc quæ agi-
mus : Sæpe tamen totam materiam appellat malignitatem :neq; iniuria.Ipſa enĩ
ſola cauſa eſt:ut res in interitum cadant . Nam quod a materia ſeparatum eſt : id
nunquam interit : Nunquam enim quod ſibi contrarium ſit capit : ſed illud fu-
gitat ſemper atq; declinat : Q uod uero ſyluæ gremio continetur : iccirco in in-
teritum labitur : quoniam ſylua/cum ad omnes quas qualitates appellant æque
ſe habeat euenit : ut ueluti altera Helena intra tecta uocet Menelaum:ac limina
pandat . Nam dum formas illis quas hactenus receperat contrarias admittit : fa-
cile fit ut externæ irrumpentes domeſticas extinguant . Q uapropter quis illam
malignam non dixerit : quæ familiares formas prodat:ignotas admittat:& uelu
ti ſuſcepti iam in ſuam fidem clientis cauſam deſerens : aduerſariiq; ſuſcipiẽs per
ſummam perfidiam præuaricetur : Tardat etiam & perturbat noſtras mẽtes ſyl-

ua : ſiquidem omne ab ea uitium manat. Vitia enim inſcitia ignoratioq́ꝫ parit:
At ignorationem ipſam ex craſſitudine caligineq́ꝫ corporis prouenire & Plato &
plæriq́ꝫ ex iis qui grauiſſimi habētur philoſophi auctores ſunt. Huiuſcemodi igi
tur ratione motus diuinus Maro cum rerum humanarum: & quæ corpore nó ca
rent: proptereaq́ꝫ in uariis erroribus uerſentur: amore inflámetur is qui in re pu-
blica princeps eſſe cupit: uenerem ſub mortali forma inducit & in ipſa ſylua: quo
niam cuncta quæ agimus in materia demerſa ſunt illam ponit. Nec temere uena-
tricis habitu exornat : Eas enim feras de quibus paulo ante diximus ſibi inſectan
das proponit: qui ſuis cibus recte conſulturus eſt. Aeneas tamen non nihil diui-
nitatis in ea etiam ſic diſſimulante cognoſcit. nam & ſi populorum temperatores
circa humanas actiones uerſentur: tamen quoniam honeſtum rectumq́ꝫ tuentur
eodem illo amore: quo hæc caduca appetimus / originem noſtram diuinam eſſe
ſentimus. cum enim religionem: cum iuſtitiam : cum animi magnitudinem ad-
amamus : uerſantur hæc profecto circa actiones . Sed tamen quis non uideat illa
a diuinitate proficiſci ? Eſt tamen oratio ueneris non ut deæ : ſed ut hominis : &
tamen neſcio quam diuinitatem redolens : Nam cum Carthaginem proficiſci ſu
adeat: argumentationibus ab humana prudentia profectis utitur : Nam & quæ
de hiſtoria Didonis eruit : ea omnia ſalutis ſpem afferunt : & cum aliquid futu-
rum prædicit: non ut dea: ſed ut augur ex cygnorum uolatu prædicit . Illud autẽ
ſumma ſapientia excogitauit poeta : ut in orationis fine ſe deam manifeſtaret Ve
nus : Nam cum in uita ciuili quæ recta & honeſta ſunt diu coluerimus ex illorũ
pulchritudine ad diuina quorum hæc ueluti ſimulacra ſunt erigimur. His igitur
rationibus a matre perſuaſus Carthaginem tendit obſitus tamen tenebris : ne illi
us conatus aliquis impediret . Et profecto ſic ſe res habet . Nam qui magna pru-
dentia præditi ſunt uiri cæteram multitudinem quam adminiſtrandam ſuſcipi-
unt ita ad rectum honeſtumq́ꝫ trahunt : ut ſua conſilia ſæpiſſime tegant: quæ q-
dem ſi palam facerent/aut æmulorum inuidia : aut ſtultorum inſcitia impediti
illa ad exitum minime perducerent : Vt enim prudentes medici ægrotos (quo-
rum libido nihil ſalubre expetit) perſæpe fallunt : Sic optimi principes ſimulan-
do aut diſſimulando ſua conſilia occultant . Nam ut cætera obmittam nonne
qui leges tulerunt: quo maior ei auctoritas ineſſet/ſua conſilia alicui deo attribu-
erunt ? Cuncta enim ex Egerie nymphæ præceptis Numa Pompilius facere ſimu
labat: Ius ciuile Sparthanorum ex Apollinis ſententia ſcripſiſſe finxit Licurgus:
Q uicquid Zautraſtes apud Arimaſpos conſtituit id a bono numine accepiſſe di
cebat. Zamolxis autem quæcũq́ꝫ Scythis tradidit: in Veſtam retulit: Nam q̃ mul
ta q̃ difficilia inter tumultus militares recte ad niniſtrauit. Q . Sertorius cum ſe il
la a Diana per ceruam accepiſſe dictitaret : Sed nimis multa de re præſertim tã ma
nifeſta : Carthaginem uero e loco ſuperiore cernunt : quoniam ut nudius quo-
q́ꝫ tertius diſputatum eſt núquam optimis inſtitutis & legibus temperata erit res
pub. niſi qui illi præſunt cuncta quæ aut præcipiunt/aut prohibent ad eorũ quæ
per rerum magnarum ſpeculationem uiderint regulam ac normam ſapientiſſi-
me dirigant . Cum autem Carthaginenſium operam induſtriamq́ꝫ circa urbem
ædificandam deſcribit/nonne pauciſſimis uerſibus omnia colligit : quæ ab iis q

etiam ſapientiſſime de re pub.ſcripſerunt:non niſi pluribus libris exprimuntur:
primum enim ea parant quibus aduerſus hoſtiles impetus tuti ſint: Quibus p-
fectis ſe contra cæli iniurias priuatis ædificiis ſe defendunt:Hæc enim duo præ-
ſtant ut ciuitas eſſe poſſit.Poſt hæc uero ad iura & magiſtratus ſe conuertunt: ut
non modo eſſe ſed quod proprium hominis eſt: recte honeſteq; eſſe ualeant:
Quoniam autem ad magnificentiam & ad liberalitatem & ad uim propulſan-
dam publicæ opes in primis utiles ſunt:portus optimi/efficiundi ratio habetur:
Poſtremo autem ſcænæ ac theatri cura non negligitur:ubi & corpora ad ualitudi
nem & robur exerceri: & animi publicis priuatiſq; negociis defatigati:honeſtiſſi-
mis ludis relaxari poſſint: Qua autem mente & quo conſilio illos apibus com-
parauerit: quæſo diligentius animaduertite: Si enim huius inſerti naturam con
ſideretis nihil illo aut induſtria ac ſolertia acutius:aut aſſiduo labore indefeſſius
reperietis.Ducem in primis habent quem ſequantur: cuius imperium nũquam
contemnant:labores inter ſe ſumma æquitate diſtribuunt: Summa concordia &
opera ſua faciunt & hoſtes arcent.Quicquid quæritur:id omne in cõmune quæ
ritur:Quæ quidem omnia ſi in rem pu.aliquam transferas:platonicam ciuitatẽ
conſtitues.Erat autem in media urbe templum Iunoni ſacrum:ut oſtendatur ni
hil oportere in re pub.antiquius religione eſſe. Et quoniam primæ in uita ciuili
præces ſunt/ut imperium non ſolum conſeruetur:ſed etiam augeatur:nõ fuit ab
re templum ipſum Iunoni:quæ imperiorum dea habetur:omni cultu conſecrare
longior ſim:atq; etiam minutior/q̃ tantæ rei conueniat ſi ſingula quæ in templo
depicta erant:quæ a regina adminiſtrabantur: quæ ab opificibus efficiebant̃:di-
ſtinctius referam:Multa etiam in Ilionei atq; Didonis oratione continentur:plu-
ra in congreſſu æneæ:plurima in conuiuio & in cõiunctione hoſpitalitatis depræ
hendas:quibus uita ſtatuſq; ciuilis exprimitur:Quoniam uero nouerat ſapiẽtiſ
ſimus uates primordia rerum pub.& imperiorum uirtutibus niti:Verũq; eſſe Sa-
luſtianum illud ſi imperia iiſdem artibus retinerentur/quibus acquiruntur:nõ eſ
ſe tot mutationes habituras res humanas:iccirco primum regis reginæq; congreſ
ſum a religione/a liberalitate/& ab omni genere uirtutum proficiſci uult.Sed ita
paulatim in deterius labantur/ut quæ pudiciſſima fuerat mulier/& in re pub.ad-
miniſtranda uigilantiſſima:turpi amore uicta in ocium laſciuiamq; labat̃.Qui-
bus omnibus oſtenditur q̃ facile rebus ſecundis humanæ mentis a labore in libi-
dinem declinent.Quoniam autem uirtutes in uita ſociali potius inchoatæ q̃ ab
ſolutæ ſunt:Hic autem ita de uita ciuili agitur:ut uelit exprimere quod paulo an
te dicebam fundamẽta rerum.p.quæ ex paruis creſcunt/habere meliora initia / q̃
exitus:iccirco reginam a principio in omni re temperatam poſuit:paulo uero po
ſtea amore inſurgente paulatim ex temperantia in continentiam labitur: poſtre-
mo uicta amore incontinens ita redditur:ut demum in ſummam intemperanti-
am incidat.Mouetur autem a principio Dido/ut æneam amet/non ſolum uirtu-
te quam unam in uita cõtemplationi dedita intuemur:Sed iis quæ humanis cœ
tibus non ſolum bona uerum etiam ſumma bona habentur:Quis enim in ge-
neris nobilitatem:quis formæ dignitatem:atq; excellentiam:quis deniq; multo
ornatu inſignem orationem inter ſumma non enumeret:Cum in foro/cum in ſe

natu hæc non ſapientum ſtatera:ſed populari trutina ponderentur. Quoniam uero in uita cõmuni pmulti intereſt quibus cõſultoribus utaris. Multi enim aut malo exemplo moti:aut eorum quos caros habent non rectis ſuaſionibus impulſi ad praua mouentᷣ:non fuit abſonum ut Didonem ſororis hortatu impudicã factam inducat. Miſere enim amãs mulier plurimũq; iam de eo animi robore remittens:quod intẽperata hactenus apparuerat continẽtem in primis uerbis quæ ad ſororem facit ſeſe oſtẽdit: Nam q̃uis amore urgeatᷣ/ægre quidem/ſed tamẽ illi reſiſtit: Sororis autem oratio ex uita cõmuni uniuerſa ſumitᷣ: Non enim ex philoſophia ſumptis argumẽtationibus:ſed aut uoluptate ꝓpoſita:aut mœtu earũ rerum quæ tantopere timendæ non ſunt iniecto:aut ſpe nec firma nec ſolida propoſita in ſuam ſentẽtiam adducere conatᷣ:ut deniq; ſpem det dubiæ mẽti: ſoluatq; pudorem. Qua quidem re accidit:ut uictam in incõtinentiam prolaberetᷣ:In ea uero cum uerſaretur:paulatim impudica conſuetudine eo redacta eſt:ut nullo amplius obſtante pudore furtiuum amorem minime meditetur:ſed impudẽtiſſima effecta turpem libidinem honeſto nomine appellet: In q̃bus omnibus quid aliud teneat/quid conatᷣ diuinius poeta/niſi ut Didonem grauiſſimum nobis exemplar ꝓponat/quãtum detrimẽtum iis qui ſub imperio ſunt ꝓueniat/cum principum mentes pro induſtria ac labore luxuria atq; ignauia irrepat: Illa enim quæ paulo ante externos atq; peregrinos non niſi breuiter ac demiſſo uultu alloquebatur: Cuius religio ſumma in deos/liberalitas in hoſpites/cõſilium in urbis ex ædificatione/iuſtitia in ſuos ad cælum ferebatᷣ:quæ in publico niſi aut diuinæ aut publicæ rei cauſa cõſpici nefariũ facinus putabat. Cuius aius pudore munitus ab oĩ ꝑturbatione liber pſeuerabat:nũc eo furore agitatᷣ ut tota urbe amẽs uagetᷣ:aut ſi domi ſine amato ſe cõtineat ueluti ſi ſola ſit/atq; ab oĩbus deſerta ſummo mœrore tabeſcat. Publica aũt opa ita negligat/ut quæ hactenus ſua cura:ſuiſq; ſũptibus:quæ ſuoꝝ ciuium labore ac ſtudio ſumma cum celeritate erigebantᷣ:nũc imperfecta interruptaq; pendeãt: Aeneas aũt cuius cõſilium italiam ſibi propoſuerat/uerum difficultate rerum defatigatus Carthaginem nõ ut illic ſedes poneret:ſed ut claſſem reficeret digreſſus fuerat illecebris Didonis illectus ꝓpoſitum ꝓficiſcendi abiẽcit: Nec deeſt Iuno. Quæ ne res romanæ oriantur/Aeneæ Didoniſq; coniugium Carthagine faciẽdum curet. Verum cum id ſine ueneris opera pfici non poſſet: Venus aũt filium non Carthagine uerſari:ſed in Italiam enauigare cupet:hãc deam dolis aggreditᷣ Iuno:ut quæ Carthaginenſium cauſa faceret: ea oĩa Aeneæ beneficio fieri uiderentᷣ. Quæ cum dicit Maro diuina pene ſapientia uitam ſocialem depingit:in qua cum ita quidam excelſo animo uerſentᷣ:ut humana cõtemnentes ex hoc primo uirtutum genere paulo poſt in eas uenturi ſint:quas purgatorias appellãt:atq; inde ad illas tandem quæ ſunt animi purgati ꝑuenire contendant:tñ illecebris rerum terrenarũ ita molliuntᷣ:ut cæleſtium quas ſibi ſolas ꝓpoſuerant/pene obliuiſcantᷣ. Libido enim imperãdi Aeneam Didoni coniũgere: id aũt eſt uirũ excellẽtẽ regno præficere cupit: Sed rem pficere non ualet niſi aſſentiatur eius amor: Amor autem aĩaduertit huiuſcemodi coniũctione nõ Aeneæ/ſed Didoni cõſuli/nõ enim animis hoĩum ad maiora natis:ſed ipſi impio conducit: præſtat enim nobis ad ueram ſapientiam ꝓficiſci/quam in actionibus uerſari:ſed

rerum adminiſtratio a ſapientibus ſi deſeratur actum ſit de rebus humanis opor
tet: Itaqꝫ quãuis falſa eſſe cognoſcat: quæ libido regnandi perſuadet tamen aſſen
titur: ſiue iam illa irretitus ſit: ſiue eorum quibus conſulendum eſt miſericordia
motus: Celebratur autem huiuſcemodi matrimonium in uenatione: de qua
quid ſentirem paulo ante ſatis ut opinor uobis dilucide explicaui: Q uod autẽ
in ſpelunca loco ſubterraneo conuenerint: quidnam aliud indicare crediderim/
niſi eos qui honores/ qui opes/ qui imperia quærunt intra corporeas caducaſqꝫ
res animum incluſum gerere: Cui cõnubio præter tellurem & Iunonem: præter
qꝫ nemorum habitatrices nymphas uides numen nullum affuiſſe: Q uæ omnia
iis quæ de ſpelunca dicebã apte quadrare uidentur: Irretitus igitur Didonis amo
re Aeneas abeundi propoſitum abiicit: & hiemẽ quam longa eſt in ſummo lu
xu conterere non pudet. Hoc uero quid ſibi aliud uult niſi egregios quoqꝫ uiros
interdum a recto curſu ambitione aduerti: & honorum imperiiqꝫ uoluptate de
linitos hiemis aſperitatem & enauigandi in italiam difficultatem exhorreſcere.
Q uapropter niſi diuinitus ſubuentum ſit excellentiſſimæ atqꝫ immortales ho
minum uirtutes tam perniroſa peſte pereunt: Id ingenii atqꝫ beneficii in Circe
fuiſſe ferunt: ut Vlyxis ſocios in uaria monſtra tranſformaret: Illam tamen ita in
ſuam poteſtatem traduxiſſe Vlyxem audimus: ut forma priſtina ſociis ſit reſtitu
ta. Nec ego id admiratus fuerim. Excelſo enim animo qui ſunt corporeas libidi
nes facile contẽnunt: Q uin & eos qui illis dediti ſunt recte monendo a tanta ſer
uitute in libertatem uendicant. At Iunonem ſuperare rariſſimi mortales potue
runt: Nam qui imperandi cupiditate non tangitur: cum omnem iam humanita
tem ſuperaſſe & ad diuinitatem proxime acceſſiſſe crediderim: Q uapropter etiã
quos in ſumma admiratione habemus: eos ita frangi huiuſcemodi cupiditate ui
demus: ut relicta uera uirtute inſignia uirtutis ueluti umbram ſectentur: Facile
enim eſt Sardanapalli aut Heliogabali molliſſimas delitias ac luxum cõtẽnere:
Atqꝫ adeo odiſſe: Cum uero nobis aut Alexandrum macedonem: aut Iuliũ cæ
ſarem proponimus eorum res geſtas: in quibus utrunqꝫ a uero rectoqꝫ diſcedere
ſæpe uidemus: ea gloriæ cupiditate admiramur: ut illud ex Euryde impium om
nino & dignum eo rege a quo profertur interdum approbare non dubitemus:
putemuſqꝫ homini conducere ſi regnandi cauſa ius uiolet: Q uæ quidẽ res una
mouit poetas/ ut Herculem quem ſapientẽ ferunt: & rebus a ſe præclariſſime ge
ſtis cælum affectaſſe uolunt prius omnia monſtra domaſſe/ quã Iunonis ſæuiti
am ſuperaſſe fingerent. Illa enim non mater ſed iniuſtiſſima nouerca magnorũ
uirorum recte dicitur. Non enim mortalium (ut plæriqꝫ credunt) ſed cæleſtiũ
rerum cupiditas eas uirtutes parit quibus ad ſummum bonum peruenire licet:
Q uod quidẽ niſi placata prius Iunone id autem intelligimus niſi ſedata ambi
tione aſſequi nõ potuit Hercules: Q uis igitur hoc Aenæ non condonauerit: ac
potius quis illius nõ cõmiſereatᷣ: ſi nondũ in italia exiſtens: iis enim eſt ſũmarũ
uirtutũ habitus. ſed in ipſo curriculo ut illhuc ꝓficiſcatᷣ adhuc cõſtitutus ita Iuno
nis dolis capiatᷣ: ut matrimoniũ cũ Didone initũ ſedibus ſibi a fatis cõceſſis ꝑpo
nat: & cõſilio abeũdi abiecto arces Carthagis fũdare: ac tecta nouare iſtituat: pur
puráqꝫ & enſem lapillis exornatum: quæ oĩa imperii iſignia ſunt geſtare gaudeat:

Non eſt o LAVRENTI non inquã eſt humanæ imbecillitatis. ſed maioris cuiuſ
dam facultatis: qua tamen conditio noſtra nonnunquam corroboratur ad tam
arduum: tamq; excelſum rerum culmen euadere poſſe. Quæ cum dicerentur a
BAPTISTA: & ſimul ſuo ordine de reliquis diſputaturus uideretur Mariottus
hoſpes noſter ſuauiſſimus tum ex diei ſpatio in iis quæ hactenus dicta eſſent cõ
ſumpto: tum ex multitudine eorum quæ adhuc dicenda reſtabant: quicquid reli
quum lucis eſſet in ea diſputatione abſumptum iri colligens non permittam in
quit ſuauiſſimi uiri: ut contra cõmodum ualitudinemq; noſtram: quibus rebus
quãdiu apud me eritis: mihi omni diligentia conſulendum propoſui hodierna
diſputatio longius producatur: At qui ego itidem inquit LAVRENTIVS hoc
idem cenſebam: ſed ne tanti uiri orationẽ moleſtius interpellarem/pudore impe
diebar præſertim cũ te o Mariotte tuas partes ſuo tẽpore acturũ nõ dubitarẽ. Agã
equidẽ inquit Mariottus: & ſimul ſua ſolita feſtiuitate BAPTISTAM manu ap
prehendens/nos ad cellulas ubi menſæ paratæ erant reduxit.

CHRISTOPHORI LANDINI FLORENTINI CAMALDVLENSI-
VM DISPVTATIONVM AD ILLVSTREM FEDERICVM VRBINA-
TVM PRINCIPEM LIBER QVARTVS IN.P. VIRGILII MARONIS
ALLEGORIAS INCIPIT FELICITER.

PErueneret iam ſuperior liber Inclyte ac Inuictiſſime Federice
in quorundam hominum manus: qui cum docti ſint: do-
ctiſſimi quoq; & haberi & dici uolunt: Qui quidem quãuis
de Maronis Aeneide antehac longe aliter & ſenſiſſent/& præ-
dicaſſent: cõuicti tamen ut puto iis argumentationibus: quæ
a nobis in prohœmio illius libri expoſitæ fuerant: multa in eo
libro per allegoriam conſcripta eſſe negare non audent: Sed ea huiuſcemodi eſ
ſe contendunt: ut non ad ethicen ut nos longa oratione diſputauimus: ſed ad
phyſicẽ referenda ſint: proferuntq; ad id quod defendere cupiunt probandum
ſcriptores qui paulo ante noſtram ætatem fuerũt minime illiteratos: qui nõnul
los inde locos & acute & docte interpretati naturam rerum illis exponi conten
dant. Aduerſus quos nos ita reſpondendum cenſemus/ut multa in eam quã di-
cunt ſententiam/& commode & uere transferri poſſe non negemus. Nam & in
ſuperioris quoq; diei ſermone nos dixiſſe memini Virgilium/quia apud priſcos
theologos plura deorum genera inueniſſet: conſulto ita ſcripſiſſe & perſæpe
quædam ita narraſſe ut eadem illa & ad uitam moreſq;: & ad uim naturæ: & ad
aurium uoluptatem referantur. Verum cum conſilium mẽtemq; ſcriptoris/qua
res tota ſuſcepta eſt noſſe uolumus: id cenſeo ſemper proponendum cuius cau
ſa reliqua omnia ſuſcepta ſunt: ipſum autem propter ſe non autẽ propter aliud
ſcriptum eſt. Nam ſi Platonicis: ſi Ariſtotelicis quicquam credimus: nulla pro
fecto res eſt: quæ ab aliis rebus dilucidius diſcerni/diſtinguiq; poſſit: quam
ipſo fine: quem ſibi ea ratione ſcriptor proponit: ut ad illum tanquam ad ſuum
ſignum ſagittarius omnia miſſilia dirigit: ita ipſe qcquid narrat: qcqd commi-

niſcitur referat. Hoc cum ita ſit quis non uideat ea quæ ille & ad uitam degendam: & ad ſummum bonum acquirendum ſpectantia ſcripſit nõ iccirco ſcripſiſſe: quo naturæ uim exprimeret. Sed contra cum iugi: perpetuaq; oratione ea proſequatur in quibus & uitia damnet: & uirtutis pulchritudinem extollat. & ad ueri inueſtigationem perducat/ nonnulla adiunxiſſe & ornandi & delectandi cauſa quæ ſint ab ipſa phyſice repetita: Q uæ omnia cum non propter ſe: ſed eorũ quæ dixi cauſa conſcripſerit: quis non uidet id ſuſcepti operis primum eſſe ſeu malis ultimum dicere: quod nos heſterno ſermone perpetuo quodam filo ita intexuimus: ut nihil in eo interruptum quæri poſſis. Nam ad id quod a principio præpoſitum eſt omnia deducuntur & ſequentia iis quæ anteceſſerunt/uehementer cohærent: Q uapropter quæ ab iis quorum auctoritate nituntur/ad phyſicen relata ſunt minime damno. Nam quãuis ea neq; multa ſint: neq; inter ſe ita aliud ex alio pendeat: ut non potius membra quædam diuulſa: quam integrũ corpus uideantur: tamen non incommode traducuntur: neq; ſententiæ noſtræ repugnant: Sed fac repugnare an plus apud me recta ratio quã illorum auctoritas ualebit: præſertim cum ſi auctoritate certandum ſit eos proferre poſſimus/ quorum ſplendore iſti ueluti ſolis luce noctuæ hebetentur: Nam ut omittã eos quos diligentiſſimus omnium grammaticorum Seruius ſingulos libros in ſingulos huius poetæ locos commemorat: ut taceam quæ a Macrobio excellenti inter platonicos philoſopho: ut nihil dicam de iis quæ & a diuo Hieronymo & a diuo Auguſtino in hanc ſententiam apud Maronem interpretantur: nonne e noſtris Danthem uirum omni doctrina excultum grauiſſimum auctorem habemus: qui eius itineris quo mundum omnem ab imis tartaris ad ſupræmum uſq; cælum peragrat: in eo ſibi illum ducem fingit/in quo ſummum hominis bonũ perquirens/miro quodam ingenio unicam Aeneida imitandam proponit: ut cũ pauca omnino inde excerpere uideatur: nunquam tamen ſi diligentius inſpiciemus ab ea diſcedat: Nam nonne ſtatim a principio ea quæ de medio ætatis tempore: quæ de ſylua: quæ de tribus feris: quæ de montis ſublimi iam ſolis radiis illuſtrato conſcripſit: hinc omnia ſunt. Mitto cætera: quæ ita abdita in Danthis poemate ſunt: ut non niſi a paucis iiſdemq; doctiſſimis depræhendi poſſint. præponit igitur ſibi ducem Maronem in ea re quæ ad ſummum bonum. non autem ad phyſicẽ ſpectet: ſed uideo me nimis curioſum in eo fuiſſe: quod paruo omnino negocio confutari poterat. Q uapropter ego inſtitutum repetam.

Tu autem inclyte atq; inuictiſſime Federice ut cætera ſuperiora ſic & iſta quæ in ultima quarta diei diſputatione continentur/diligentiſſime leges. Multa enim illic inuenies propter quæ te eum eſſe: qui & nunc es & ſemper fuiſti ſummopere lætabere: cognoſceſq; ex deo conſilium tuum fuiſſe: quos a primis annis ſapientiæ amore flagrans ita te bonarum artium ſtudiis addicaſti: ut quanto in dies tua ætas grauior fit: tanto ardentius illis incumbas: nam quod reliqui principes apprime regium ducunt: ut aut multo ocio uaniſq; ludis marceſcãt: aut aucupiis uenationibuſq; oẽ tempus terant: tu ne libero quidẽ homine niſi relaxandi interdũ aĩ cauſa dignũ eſſe duxiſti: ſed oportere eum qui aliis imperaturus ſit animũ omni doctrina excultũ reddere: quo nõ ſibi ſolũ: ſed & iis qui ſuæ fidei cõ

miſſi ſunt: & dum recte agit exemplo: & dum ſapienter monet præcepto quãplu
rimum prodeſſe poſſit. Qui regis munus eſſe ducat non alieno labore ueluti fu
cus inter apes alii: ſed pro aliorum ſalute laborare. Qui innoxios ab iniuriis pro
hibere/ſceleſtorumq; petulantiam comprimere: oibus ſe æquum præbere curet:
Hæc autem ſola philoſophia nobis præſtat. A philoſophia enim habemus: ut
pie uiuamus: ut pietatem oẽm abhominemur: & ab omni ſcelere abſtineamus:
Quapropter uere illud uſurpabat Ariſtoteles ſe id a philoſophia aſſecutum eſſe/
ut ea bene uolens/& cum uoluptate faceret: quæ mali uiri legũ metu facere co-
guntur: bonis enim (ut plato ait) lex deus eſt: malis autem libido. huiuſcemodi
igitur ſtudia te ita excultum/ita omni ex parte expolitum reddiderunt/ut cum a
multis quod crimen fortunæ eſt imperiis finibus ſupereris: iis tamen uirtutibus:
ſine quibus nemo unquam recte imperauit/omnes excedas. Sed cætera omnes
quibus ex mortali humũculo te immortalem ducem reddidiſti ad præſens omit
to. Præcipuam autem in muſarum ac philoſophiæ cultores benignitatẽ tacitus
præterire nullo modo poſſumus: cum animaduertam te ea in re iure omnibus præ
ferri poſſe. Scimus in tãta admiratione apud antiquos fuiſſe Ptolomæũ philadel
phum ut præclariſſimorum ſcriptorum laudibus etiam poſt tot ſæcula florentiſ-
ſima fama celebretur. Et profecto ſingularis fuit in eo rege iuſtitia mirabiliſq; cle
mentia. In re autem militari: nec uirtus illi/nec fortuna unquam defuit: Sed ni-
hil in ſuis omnibus actionibus magis extollitur: quã quod regnum ſuum libera
liſſimũ oibus litteratis hoſpitiũ eſſe uoluerit. Tantũ autem iis qui aliquid ſcripſiſ
ſent debere putauit: ut Demetrio phalereo nõ ſolum philoſopho grauiſſimo: ſed
oratori copioſiſſimo negocium dederit: ut ſibi ad quinq; ſaltem milia librorum
in ſuam bibliothecam congerenda curaret. Qua quidem in re quos ſumptus fe
cerit: tunc optime coniectari poterimus: cum uiderimus quantũ in ſola moſayca
lege elaborauerit: ut illam interpretãdam ac in græcam linguam conuertendam
ab hebræis interpretaretur. Primo enim oẽs iudæos qui ſuperioribus bellis capti
in ſuo regno ſeruirent/diligenter inueſtigandos: atq; ſingulos uicenis drachmis
redimendos/& in patriam incolumes dimittẽdos mandauit: quorum numerus
adeo ingens fuit: ut ſoluta ſint a rege ſexcenta talenta ſupra ſexaginta milia. De-
inde legatos ad Eleazarum iudæorum pontificem uiros ſũmæ auctoritatis miſit
Ariſteas: de quo paulo ante dixi & Andreã præfectum ſuũ: Miſit præterea men-
ſam auream/crateresq; ac phialas donaria in hieroſolymitano templo ponenda.
Materia uero horum uaſorum fuit auri quinquaginta: argenti uero ſeptuaginta
talenta: gemmarum autem atq; lapillorum/quibus uaſa ornata diſtinctaq; ſunt/
ad quinq; milia adhibuit/qui omnes mira eſſent magnitudine. Quæ liberalitas
adeo accepta grataq; Eleazaro fuit: ut duos ac ſeptuaginta ſtatim ad regem mi-
ſerit: non plæbeos illos quidem/ſed ex principibus doctiſſimis ita electos/ut ex
ſingulis tribus ſenos ſumeret: qui legem dei in græcam linguam Ptolomæo
conuerterent. Quorſum igitur hæc? Nempe ut intelligant qui diligentius
rem conſiderauerint Magnificentiam tuam erga doctrinas noſtra tempeſta-
te non minorem eſſe/quam olim Ptolomæi fuerit: Hoc enim ſolis luce cla-
rius apparebit: Si Imperium Imperio: Si Sumptus Sumptibus conferantur.

Ille enim non ſolum uniuerſæ ægypti opulentiſſimum regnum poſſidebat/unde auri argentiq; incredibilis uis proueniret: ſed ſyriæ quoq; ac pheniciæ maximam partem uectigalem habebat. Tuos autem fines nemo ignorat. Adde quod quo tempore Ptolomeus regnauit/plurimos Aſiã atq; Europa principes habuit. qui poetas: qui philoſophos/qui oratores/qui hiſtoricos honore opibuſq; hone ſtarent: ut & ſi ſuo ingenito ſtudio illa faceret magna tamen ex parte emulatione quadam excitari uideretur: ne quos opibus uincebat: ab iiſdem huiuſcemodi glo riæ genere ſuperaretur. Tua uero benignitas in ea tempora incidit/ut niſi ardentiſſima ſit: facile cæterorum principum auaritia extinguatur: Quapropter nulla omnino eorum munerum quæ in muſas confers/gratia noſtro ſæculo eſt habenda: in quo neminem reperias ex iis qui nunc imperãt: cuius exemplo excitari poſſis. Sed quicq̃d es: es autem res omnino præclariſſima/id omne tuo ingenio: tuaq; innata humanitate es. Nam ab aliorum moribus procul diſcedens/unicum te exemplar offers: quem & ad ſummam liberalitatem cæteraſq; omnes rectas actio nes/& ad ueri inueſtigationem reliqui ſequantur. Ita enim uirtutem adamas: ut illam non gloria ductus/ſed eius amore allectus amplectaris. Euenit tamẽ ut quẽ admodum umbra corpus ſemper ſequitur: etiam ſi id corpus non quærat: ſic tua pie iuſte/clementerq;/ac fortiter facta non adumbrata quædam & inanis: ſed ſoli da expreſſaq; gloria ſequatur: Sed res poſtulat: ut iam ad noſtrum heroa reuertamur: in cuius actionibus tu mores tuos ac uitæ inſtitutum facile recognoſces. Cõ ueneramus igitur eodem in loco bene mane quarta huius diſputationis die. Atq; cum miro deſiderio Baptiſtæ ſermonem expetere uultu geſtuq; ſignificaremus ille: ut quæ explicaturus eſſet iis quæ iam dicta fuerant commodius annecteret: huiuſmodi diſputationi ſuæ principium adhibuit. Vidimus hactenus doctiſſimi uiri qua prudentia ac animi magnitudine omnibus iis ſordibus: quæ a corpore ꝓ ueniunt ſe explicauerit æneas: Nam ne troiæ periret: & corporeis uoluptatibus pe nitus obrueretur: non dubitauit exul in altum ferri q̃uis incertus quo fata ferrẽt: poſt hæc thracenſes rapinas ut eas primum cognouit mira celeritate effugit. Atq; mox in rebus dubiis a ſapientia conſilium cœpit: deceptuſq; Anchiſe interpræ tatione. Nam quæ a corpore ſunt facile corporea ſequuntur: uitam ciuilem in Creta ſibi propoſuit. Sed nec piguit errore cognito uela uentis iam tertio dare. Delatuſq; in ſtrophadas aduerſus harpyarum auaritiam inuictus pugnauit. Nec per medios hoſtes ad Helenum enauigare formidauit: Prætereo qua prudentia qua animi præſtantia iam ab heleno doctior redditus immanitatem cyclopũ declinauerit: qua induſtria ac celeritate ſcyllæ charibdiſq; monſtra euitauerit: quo ſtudio atq; mentis ardore defuncto iam in ſicilia parente nauigationem in Italiam ſuſceperit. Verum cum Iunonis dolis: æoliq; ac uentorum uiribus par eſſe non poſſet: ceſſit ille quidem & conſilio ad ueri inueſtigationem in aliud tem pus reiecto in aphricam eo animo diuertit: ut quam primum per maris id eſt appetitus tempeſtatem liceret: in Italiam tenderet. Verum in ditione aduerſiſſimæ deæ conſtitutus: & amore Didonis delinitus/Vide quid poſſit ambitio: quantũq; ad mentes maximorum etiam uirorum euertendas ualeat / regnandi inquam cupiditate delinitus is qui reliquos iam perturbationes ac uitia ſuperauerant di-

uiniſſimum conſilium in Italiam enauigandi omiſit: totumq; ſe in eo dederat: ut regnum carthaginenſium cōſtabiliret: perſeueraſſetq; in errore niſi accepiſſet a Mercurio non placere Ioui ut pulchram urbem uxorius extruat. Regni autem & rerum ſuarum obliuiſcatur: Præcipitur enim homini a ſummo deo ut ad ſuam originem reuerti uelit: Quæ præcepta nobis doctrina quam litteratiſſimorum uirorum uel ſermonibus uel libris accipimus: facile tradit. Recte igitur arguitur æneas/quod uxoris urbis: ea enim eſt uita in actione poſita adminiſtrationem ſuſceperit. Sui autem regni & totius contemplationis qua ſola mentes humanæ regnant ſit oblitus: Maximeq; hoc urgetur/ut ſi tantarum rerum gloria ipſum non mouet: Aſcanio ſaltem hæredi ſucceſſoriq; ſuo conſulat: cui regnum Italiæ: ac romana tellus debetur: quo in loco quidnam aliud Aſcanium intelligemus niſi futuram æternamq; uitam: quæ huic breui & momentaneæ ſuccedit. Nam ſi dum intra hæc corpuſcula uerſantur animi noſtri tantis rerum terrenarū illecebris demulcentur:ut cæleſtium contemplationem deſerant/meminerint ſi in futuram uitam uitiorum labe inquinati & nulla doctrina exculti migrauerint fore ut nulla unquam ueritatis luce illuſtrentur: Quapropter regnabit Aſcanius: nulluſq; ſuo imperio finis erit niſi eo a patre defraudetur: futura enim uita ab hac quam uiuimus ea ratione:quam oſtendi iure gigni dicitur: ab eademq; ſi ſordida & uitiis tenebriſq; inuoluta ſit: tanto bono defraudatur.

Sin contra manebit fœlix atq; æterna: Nam
Hic domus æneæ totis dominabitur oris.
Et nati natorum & qui naſcentur ab illo:

Quæ quidem mandata cum accepiſſet æneas:quid mirum ſi uehementer commotus ſit: Erat enim in eo animus qui excelſa ſemper ſuſpiceret. Itaq; ſe tandem excitās cupit q̄primum abire: & terras quamuis dulces relinquere. Aſſuetus enim poteſtatibus atq; imperio uir & dulcedine captus non ſine difficultate diſcedit. Sed cum uerum bonum ab eo quod falſa opinione bonum putat diſcernere potuerit:illud tamen anteponit: Cum uero poſt diuturnam conſultationem inſalutata inſciaq; Didone diſcedere decernat. Nouerat enim nō eſſe paſſuram illum diſcedere ſi ſciſſet/egregie admonet cum ab huiuſcemodi rebus animum abducere uolumus non eſſe molliores animi partes conſulendas: ſed clam illis uela in Italiam facienda: Talia enim hæc ſunt: ut quanto blandius ea appellemus: quātoq; familiarius ſalutemus/tanto maiori contumacia aduerſentur. Sentit tamen dolos regina: & iniquo animo fert uita ciuilis a uiro excellenti deſeri: præſertim ſi non ſit alius ſapiens/qui loco illius ſuccedat. hinc illæ quærelæ nullā ſibi ex ænea ſobolem ſupereſſe. Quamobrem ratio inferior quam mulierem appellari diximus huiuſcemodi argumentationibus uirum egregium in uita ciuili retinere: & a ſpeculandi propoſito auertere nititur: Primum enim ita urget ut quærat quo modo eam deſerere ſubſtineat: a qua tam ardenter ametur. Amat enim uehementer uirum excellentem uita ciuilis. Illius enim conſiliis imperia non modo parantur/& parta conſeruantur: uerum etiam augentur. Sed nec illud retinet non ſeruare illum fidem quam dederat. Suauitate enim imperandi iam totum ſe adminiſtrationi dederat æneas: Quin & ſe morituram ſi deſeratur edocet: Nec mul-

to aliter euenire ſolet: Nam deſtituta a uirtute agendi facultas pereat neceſſe eſt:
Deterret ex difficultate hiemalis nauigationis. Quare ſignificantur labores ma-
ximi: quos ſi in Italiam uenire uolumus ſubituri ſumus. poſtremo in hoc uehe-
menter inſiſtit/ſi reuerteretur ad Troiam & ad uitam uoluptuoſam: non tamen
illi eſſe concedendum: ut honores relinqueret: multo autem minus cum loca ſi
bi incognita petat: nondum enim nouerat ſpeculandi uitam. Demum ad cõmi-
ſerationem conuerſa lachrimas effundit. connubium incœptum ad memoriam
reducit. Quicquid ſuaue olim a ſe accœpiſſet exprobat: & ne domum labentem
deſerat obteſtatur. Poſſunt enim uehementer commoueri mitiora ingenia: cum
parentes/cum liberi cæteriq́ ſanguine coniuncti/cum amici/cum patria ne deſe-
rat rogant: ne incœptam ſocietatem relinquat præſertim cum uerẽdum ſit: ne im
perium a bonis uiris deſtitutum/aut Pigmaleonis auaritia: aut Iarbe tyrãnide in-
uadat᷑. Quod tunc magis ueneremur cum alius ſapiẽs qui ſibi ſuccedat nõ relin
quat᷑: Quæ quidem omnia cum rerum agẽdarum ratio animis noſtris obiiciat:
non poſſumus non uehemẽter cõmoueri: Succurrit enim platonicum illud quo
quãtum generi humano debeamus/grauiſſime admonet: ut humanitatẽ exuere
uideamur/ſi humanã ſocietatẽ deſeramus: uerũ cum aĩaduertat magnus uir men
tem ſolã eſſe: qua hoĩes ſumus: eãq́ nõ agendo ſed cognoſcẽdo perfici: idq́ Iouis
præceptũ eſſe imotus manet: & obnixus curas ſub corde premit. habet aũt quo ꝓ
poſitũ optime tueri poſſit. Non enim inficiat᷑ bene ꝓmeritã eſſe reginam. Quis
enim nõ uideat magna humanæ imbecillitati adiumẽta ab hoc uitæ genere ꝓue-
nire: Quin & pollicet᷑ ſe illius recordaturũ dum ſpiritus hos reget artus: Nam eũ
deniq́ abſolutiſſimũ appellabimus: qui ita in ſpeculatione dum uiuit uerſet᷑: ut
uiciſſim cum ees poſtulat agat. Ergo nõ fugit a uita agẽdi: ſed inde recedit: qa cũ
ea nõ cõtraxerat matrimoniũ. Non enim nati ſumus ut circa mortalia uerſemur:
illiſq́ coniugamur. Sed neceſſitatis cauſa eſt illis inſiſtẽdum: ut tantũ opere impẽ
damus: quantũ ad ſocietatẽ conſeruandam ſat ſit: quapropter ſi Dido carthagine
delectat᷑: hoc autem eſt ſi in actione inferior ratio libenter uerſat᷑ liceat: & ſuperi-
ori Italia delectari poſſem multa eiuſdem orationis ad eãdem ſententiam trãſfer-
re. Sed ſit aliquid ex mera hiſtoria dictum: Reliqua uero quæ ad plurimos uerſus
dicuntur: eam uim habẽt/ut libidinoſum & corruptum amorem deteſtent᷑: atq́
tantæ fœminæ grauiſſimo exemplo nos admoneãt: ut tam turpem/tam pernitio-
ſam peſtẽ fugiamus: cõmode aũt cuncta quæ a Pauſania in platonis ſympoſio de
turpi amore dicta ſunt: ad hũc locum transferemus: ex quibus pauca quæ a nobis
cum de Paride uerba fecimus dicta ſunt: memoria ſi repetetis intelligetis ueriſſi-
mum eſſe Propertianum illud: Durius in terris nihil eſt quod uiuat amãte. Qđ
autem magno pectore curas perſenſerit æneas: & tamen mens immota manſerit/
oſtendit uirum qui deorum præceptis parere decreuerit: iam ab incontinentia in
quam Didonis illecebris prolapſus fuerat/ad continentiam rediſſe: & q̃uis amore
urgeretur: tamen honeſtum uoluptati prępoſuiſſe. Didonis uero interitus nobis
perſpicue oſtendit perire neceſſe eſſe eas res publicas quæ a ſapientibus deſerant᷑.
Non tamen aberrabimus ſi amantium atq́ amentium furorem extremamq́ de-
ſperationem huiuſcemodi cæde oſtendi putemus. Aeneas igitur deorum admo-

nitu in Italiam enauigat.Verum inſurgente uentoꝝ ui palinurus nauis guberna
tor negat ea tẽpeſtate Italiam petj poſſe.aſſentitur æneas:ut in Siciliam in qua in
ſula extinctus parens nondum debitis exequiis ornatus iacebat/deflectat. Q uo
in loco quid ſibi palinurus uelit ſine negocio ex iis quæ de illo paulo ſupra expſ
ſi cognoſcere poteris:cum enim huiuſce modi appetitus facile pturbationibꝰ ob
ruatᷣ:non modo a recto curſu auertitᷣ:ſed æneã(hæc aũt excellẽtis uiri mens eſt)
perſæpe in ſuam ſentẽtiam trahit:ut ad patrẽ.hanc autem imbecillitatem quam a
corpore cõtrahit aius iam eſſe diximus:licet intelligere ad patrem inq̃/q̃uis iam de
functum redeat.ſi uero ad memoriam ea reuocaueris quæ de ſicilia iam diximus
non ab re eſt ipſis troianis:ut in eam inſulam redeãt:unde breuiſſima ſit in Italiã
nauigatio.Poeta tamen cuius cõſilium eſt nõ ſolũ ut grauiſſimas res ꝓferat:ſed il
las uaria iocũditate ita aſpergat:ut tedium triſtitiãq; ꝓfundarum rerum comites
penitus amoueat/uaria ludoꝝ genera interponit.Hæc igitᷣ ita adminiſtrabantur
ab ænea ut paulo poſt oibus abſolutis in Italiam eſſet ſoluturus.Iuno uero cuiꝰ in
troianos odium/nec ulla calamitas/nec tpis diuturnitas explere poterat : qa quo
illos Italiæ ꝓpinquiores cerneret:eo magis accenderetᷣ oblatam occaſionem non
prætermittit:Cum enim ſeorſum a uiris imbecille mulierum genus deſiderio tã
dem quieſcẽdi mœſtius cõſpicaretᷣ per irim illis ut naues incẽdãt pſuadet:Q uæ
qdem ſic accipite:rerum terrenarum cupiditas nõ uiros/nam pars ſupior rationis
non facile his rebus frangitᷣ:ſed ipſam inferiorem rõnem a ſupiori diſiunctam p
ſuadet:ut rerum magnarum ꝓpoſito reiecto tedium longioris nauigationis refu
giat:& ubi eſt conſideat:Mulieres igitᷣ quibus inglorium ocium longe carius ſit:
q̃ honeſtus labor primo ambiguæ miſerum inter amorem præſentis terræ fatiſq;
uocãtia regna malignis mare oculis aſpiciũt.Nam cum ratio inferior quæ a ſupe
riori pſuaſa illam ad quæq; ægregia ſequitᷣ nũc ea abſente paulatim ſenſuum ille
cebris eneruatᷣ:donec tãdem uicta ſe illoꝝ poteſtati pmittat.Naues igitᷣ mulieres
incendio aſſumere adoriuntᷣ.Hoc cum dicit poeta uolũtatẽ quæ ad res magnas
ferebatur incendio cupiditatum perire oſtẽdit:periſſet aũt totã claſſis niſi Eume
lus piculum ſtatim ad æneam retuliſſet:Erat enim Eumelus uir ad mulierum cu
ſtodiam relictus:Nam huic parti inferiori mẽtis acerrimus qdam cõſciẽtiæ remor
ſus/cui bona rectaq; curæ ſemp ſunt ſemp adeſt:Hæc græce ſynderesis dicitur uis
ſ.nobis ingenita qua animus & ad honeſta erigitur:& a turpibus refugit.Hoc au
tem nomen ipſum uiri aperte demonſtrat: enim boni cura faci
le interꝑtabitur.Hic igitᷣ ꝓlapſa iam in facinus muliere rem ad uirũ refert:Q uo
nuncio percepto primus Aſcanius ad naues eripiendas aduolat : Aſcanius autem
celer robuſtuſq; & magno animo præditus Aeneæ filius eſt : quem iure interpre
tari licet uigorem quendam ex ipſa mente natum : Hic autem nullo terrore pro
hibetur quin contra pericula primus feratur : Sequuntur reliqui : ſed in primis
æneas : At mulieres uiris cognitis incœpti pœnitet : A uiro enim ſeiuncta muli
er aduerſus appetitum minime repugnat : Q uod ſi turſus uiro coniungatur:
iam robuſtior facta/& ueluti e tenebris erepta tum demum creata iam cernit/& a
Iunone deluſam eſſe dolet pudetq; : Non tamen incendium facile tollitᷣ: Nam
captus a Iunone appetitus in eo perſeuerat ut uoluntatem : quæ nobis ad ſum

mum bonum euehit/omnino perdat:fitq; miſera in homine diſtractio: cũ alio
ratio durat: alio appetitus rapiat: Quo in loco cum mens noſtra ſe tanto cer-
tamini imparem cognoſcat: nititur illa quidem ſuis uiribus/ſed ſimul etiam di
uinum auxilium implorat id autem impetrare meretur. Nam qui ita deũ præ
catur/ut interim ipſe quoad ualeat ſibi non deſit: is adeo minime deſerit. Nam
quod a Saluſtio ſcribitur nec præcibus nec ſuppliciis mulieribus auxilia deo-
rum parari: recte dictum eſt. Non enim inerti ac deſidi/ & qui in ſummam re-
rum deſperationem prolapſus nihil contra pericula parat auxiliatur deus. At
qui magno aduerſus difficultates animo inſurgit: qui nihil inauſum: nihil in-
tentatum relinquit: qui nec periculis terretur: nec laboribus torpeſcit: is profe-
cto ſe dignum facit: cuius & dii & homines commiſereantur. Quapropter ſapi-
enter Aeneas cum nec uires heroum: nec aquarum uis infuſa prodeſſet: ad præ-
ces conuertitur: auxilioq; impetrato: cum iam quatuor naues aſſumptæ eſſent:
reliquæ ab incendio ſeruantur: Cum autem naues ad totam turbam tranſuehen
dam deeſſent: erat ſenis nautæ conſilium ut imbecillior turba in Sicilia relin-
queretur: urbſq; illis habitanda conderetur: hoc conſilium oraculum paternum
Iouis enim iuſſu locutus eſt parens/ex ancipiti ratum firmumq; reddidit: Quẽ
locum niſi uos aliter cenſeatis/ita interpretabimur. Ad diuinarum rerum ſpecu-
lationem ſola mens omni uirtutum robore iam ſuffulta accedit: Reliquæ enim
animi uires quæ imbecilliores ſunt naues/illæ enim ſunt uoluntas/quibus illuc
uehantur incendio amiſere: Quapropter ſeuocanda eſt mens a ſenſibus: hoc au
tem conſilium ab eo uiro proficiſcitur: cui magiſtra Pallas fuerit: eſt enim a ſapi
entia doctus: Approbatur autem ab Anchiſe ſed iam ſepulto: Nam qui a ra-
tione iam ſubacti ſunt ſenſus/facile in eius ditionem concedunt/ præſertim Io-
ue ita iubente: conuertũtur q; in rationem hoc ordine/ut ratio ipſa etiam ſuperio
rem locum aſcendens afficiatur intellectus: Ille autem & ipſe in altiorem gradũ
euadens intelligentia redditur. Aſt intelligentia in deum cõmutatur. Huiuſce-
modi igitur cõſilio atq; oraculo utitur Aeneas. Non tamen prius e ſicilia ſoluit:
quã ſacra pie riteq; faciat: norat enim quã laborioſa: quãq; periculis plena ſit hu-
iuſcemodi nauigatio: Nouerat quantæ molis erat romanam condere gentẽ: *Sed*
nec Venus quicquã interea remittit: quin uehementer pro ſalute filii anxia oĩa
circũſpiciat. In primis autem Neptũnum rogat: ut mare tranquillum reddat: Nã
amor quo ad ſummum bonum rapimur ſupremam in homine rationem horta
tur/ut appetitum in ſua poteſtate contineat: Neptũnus omnia benigniſſima pol
licetur: Nihil enim denegat ipſa mens amori ad rectum eam excitanti: Neq; eſt
procul a ratione/quod oſtendat Venerem a ſuo regno ortam eſſe: Eſt enim Ne-
ptunni regnum mare: quod quidem dum ab illo regitur/tranquillũ eſt. In hoc
cæli uirilia iacta dum agitantur: ſpumam gignunt ex qua oritur Venus. *Supre-*
ma ergo ratio appetitum intra ſe continens in quem uirilia cæli: icirco decide-
re dicimus/quia in appetitum a ratione adminiſtratum uis quædam cælitus ca
dit: quæ in eo agitata diuinarum rerum amorem procreat: Quod autem oẽs
præter unum Palinurũ incolumes in italiam peruenturos promittit: nõ ne ex
media (ut aiunt græci) philoſophia erutũ eſt: Nam claſſi in Italiam tendenti

maxime aduerſatur appetitus/qui a ſolo ſenſu profectus nihil altum ſuſpicit: Quapropter quãdiu claſſi præfuit: nunquam italiam tangere potuerunt Troiani: Sed tandem a ſomno oppreſſus mari extinguitur. Nam poſtquam ratio acerrime ad contemplationem conuertitur: & caducorum curam relinquit: Nihil ex iis quæ ſenſum permulcere poſſint/appetitur: Vnde uniuerſus ille appetitus paulatim ſapitur: ac ſopitus extinguitur: Claſſis autem etiam ſine ſuo gubernatore tuta fertur Neptũni promiſſis donec ad ſyrenum ſcopulos deueniret: Ibi autem fluitare cum cæpiſſet Aeneas temonem capiens nauem in undis nocturnis rexit: Nam animus noſter cum iam ſibi italiam propoſuerit ſecurus fertur/donec in uoluptatum ſcopulos incidat: Tunc enim temonem capiat oportet appetitus rationalis: qui aduerſantibus uoluptatibus contra obſiſtat: Extincto igitur Palinuro Aeneas tandem poſt diuturnos errores euboicis allabitur oris. In italiam enim uentum eſt ad quam gubernatore Palinuro nunquam perueniſſet Aeneas: Iam portum ingreſſi ſunt: In quo non idem euenit quod in carthaginẽſi portu eueniſſe oſtendit poeta. Illic enim naues'&ſi procul a rabiæ fluctuum in tranquillo eſſe uiderentur: nulla tamẽ erant anchora alligatæ. Quapropter quãquam non omnino uexabantur: in aliquo tamen erant motu. Hic autem anchora fundabat naues: quo oſtenditur eas ueluti fundamento nixæ ſint ſtabiles hærere oportere. Summum enim illud bonum: quod in negocioſa & ciuili uita a philoſophis ponitur: & ſi in huiuſcemodi receſſu poſitum ſit/ut procul a fortunæ procellis uirtutum beneficio abſit: non tamen ita conſtabilitum eſt: quin labefactari poſſit: Qui autem [illegible]rum rerum ſibi contemplationem finem ultimum propoſuit/hic ita in tuto ac ſolido rationes ſuas collocauit: ut nulla ui dimouere poſſit. Nam aduentus in italiam oſtendit habitum uirtutum iam contractum ita: ut a propoſita uita non ſit diſceſſurus Aeneas/non tamẽ earum uirtutum: quæ ſunt animi iam purgati: Nam nihil ſibi difficile iam proponeretur/ſed earum quas dicunt purgatorias. Quod quidem propoſitum iam conſtabilitum fortitudo & animi robur non deſerit: nec ipſe ardor rei aggrediendæ. Quam quidem rem tunc exprimit cum ait Iuuenum manus emicat ardens Littus in heſperium: Manus enim indicat omnes animi uires cõcurrere: quæ e medio iam ſublato Palinuro ſeſe menti ultro ſubiecerant: quod autem ardens ſit concurſus uehementiam indicat: Neq; ab re eſt quod ſit manus iuuenum. Oſtẽdit enim animi bene affecti uires nullo ſenio in quo tedium torporq; & ignauia eſſe ſolet unquam affici: Quapropter non lento paſſu rem agit/ſed emicat: Verum quia dum in corpore exulat animus: quãuis ſe totum ſpeculationi dedat: non poteſt tamen non curare neceſſaria: ea' enumerat poeta quæ non uoluptatem ſenſus: ſed incolumitatem uitæ reſpiciant. Nam quærit pars ſemina flãmis Obſtruſa inuenis ſilicũ pars dẽſa ferarũ Tecta rapit ſiluas inuẽtaq; flumina mõſtrat: Inferiores igitur animi uires hæc agũt. Aeneas aũt quo nobis mẽs exprimit': Arces quibus altus Apollo præſidet: Horrẽdæq; procul ſecreta ſybillæ: Antrũ imane petit: Quod cũ facit ad res diuinas cõtẽplãdas erigit': Nã qui aliquid figurarum inuolucris ſcribunt: huiuſcemodi ſpeculatiões per excelſũ locũ exprimũt. Vnde illud e pſalmo: Quis aſcẽdet in mõtẽ dñi? Adde & illud:

Nam cum in uirtutum in contemplatione poſitarum finis uerum ſit/ quo ſapi-
entes efficimur: recte omnino ſolem huic ſpeculationi propoſitum eſſe dixit. Nā
ut nox tenebræqꝫ inſcitiam arguunt: ita lucis dator ſol ueritatem ſignificat: Cu
ius exemplum ſecutus ciuis noſter Danthes cum ab ignoratione rerum ad ue-
ri cognitionem progreſſum ponit ſe ex nocte ſiluaqꝫ egreſſum montem cuius iu
ga ſole illuſtrata ſint/aſcendere teſtatur. Addit præterea antrum ibi eſſe Sybil-
læ magnam cui mentem animumqꝫ Delius inſpirat uates aperitqꝫ futura. Q uē
quidem locum ut dilucidius exprimamus pauca prius de Sybilla percurram:
mox ad rem de qua agitur redibo. Conſtat igitur Sybillas apud græcos eas mu-
lieres uocitari ſolitas: quæ furore diuino afflatæ futura prædicerent: Eſt autem
Sybilla quaſi   id enim eſt dei ſententia: quoniam dei conſilium ſibi
notum ſit   enim æoles deum dicunt: quem reliqui græci   nomi-
nant: Q uanquam ſunt qui uelint fatidicam mulierem apud Delphos hoc no
mine appellatam: a qua deinde reliquæ futurorum conſciæ cognominatæ ſint.
has ex uariis regionibus decem fuiſſe colligit. M. Varro: Q uas ego omnes ſi
quid ad rem pertinere arbitrarer: ſuo ordine proſequi non grauarer: Sed ut ui-
des nihil ad hoc de quo nunc agitur: Q uamobrem ſatis fuerit uidiſſe Sybil
lam facile rerum diuinarum doctrinam interpraetari. hæc autem nobis ea quæ
Apollini nota ſunt: ſine mendacio prædicit: Nam ſapientiam ueritatemqꝫ ape-
rit. quod uero antrum ponit: exprimit ueritatem in obſcuro latere. Neqꝫ teme-
re triuiæ lucos Apollini templo adiungit: luna enim corpulenta uehementer
eſt: & reliquis ſyderibus inferior. Q uapropter rerum humanarum quæ diuinis
longe inferiores ſunt/figuram iure habebit: Illa enim lucis præponitur: res au-
tem humanæ in ſylua obrutæ ſunt: non enim corpore carent: & ut luna a ſole
lumen recipit: ita & ipſæ quicquid habent a diuinis habent. Collige ergo cū
ſapientia non modo diuinarum rerum/ſed etiam humanarum ſcientia ſit re-
cte Apollinis templo Dianæ lucum adiungi. Templum diuinarum rerum lo-
cus eſt. ſylua materia notat. Templum ſcimus ædificium deo ſacrum: in quo
res ſolas diuinas agimus: ab reliquis abſtinemus: quoniam cum illud ingredi-
mur: a negociis ceſſamus: & ſoli contemplationi incumbimus. Templum autē
a Dædalo conditum ponit: Q uid igitur aliud eſt ædificare templum Apollini
niſi reddere ſe idoneum ad ſapientiam capiendam. Q uod quidem tunc deniqꝫ
facimus: cum ab omni corporea labe purum animum ad contemplanda diuina
transferimus. hoc autem Dædalus uir omnibus optimis artibus inſtructus fa-
cere poteſt: in quo tantum ingenium fuerit: ut & Dædala Circe & tellus dædala
a poetis tunc maxime dicatur: cum maximum ingenium oſtendere uolunt. Ve-
nit autem non mari: non terra: nec ad meridiem infimam nobis mūdi partem:
ſed per ſublimem aerem ad ſeptētrionem: Nihil enim humile: nihil terrenum ſit
in ea mente/quæ ad ſpeculationem fertur: ſed ad ſublimia cæleſtiaqꝫ erigatur:
Eſt autem primus ſpeculandi ingreſſus a uitiis. primam enim cognitionem
eſſe oportet circa mali naturam / ut ualeamus ab eo abſtinere. Nam niſi ex-
piati a uitiis fuerimus: nunquam diuina attingemus: Vt enim idem ſæpi-
us referam / negat Dauid quenquam aſcendere poſſe in montem domini/niſi

eum qui ſit innocēs manibus & mūdo corde: Q uapp in foribus per quas etat in templum aditus homicidiū Androgei: Adulterium Paſiphæs & Icari faſtus ponit. Hæc ergo a principio ſpeculatur Aeneas. In uitiorum autem cognitione non eſt diutius imorādū. Nam & ſtatim ea noſſe oportet & ſtatim a notis diſcedere. Recte igitur a ſybilla quā iam præmiſſus Acates acceſſierat admonet Aeneas: ne in tali ſpectaculo lōgius tēpus cōterat: Nam excellentiores quoq; uiri uati is uoluptatū illecebris allecti laberent: niſi eorū cura & ſtudio eam eſſent adepti doctrinam: qua monemur ut paululū illud uitæ ac temporis: quod humanæ ſorti conceſſum eſt non niſi magnis & excelſis rebus conterendū ducamus. Hoc autem inter egregiū uirū ac ſtultum intereſt. Nam alter ſi ſemel labatur/non facile ſurgit: Alter ſi quoniā corpore grauat animus paulū quandoq; e uia deflexerit/ ſtatim adeſt ab Achate acceſſita ſybilla: quæ ad rectū deducat: ſed mirū profecto poetæ ingeniū: qui ſapientiam ipſam ſua ſapientia nos edocet: prima itaq; doctrina ea eſt ut purgati mundiq; templum ingrediamur: Deinde oſtendit quāuis mens noſtra quædam ſua & a ſummo deo ſibi indita ui cognoſcere poſſit: cognitionem tamen diuinarum rerum huiuſcemodi eſſe: ut niſi diuino lumine cælitus illuſtremur: illam concipere non poſſimus: Hoc cum ſit/quis non uidet præcibus & ſacrificiis rem eſſe a deo petendam: Elegit autem ſeptem hoſtias: quoniā ſeptēnarium numerum multi philoſophorum perfectiſſimum putauerunt: propterea q; ſapientiæ attribuitur: & uirgo ac pallas appellatur: Sacrificat igitur ſeptē qui ſapientiā optat: Neq; temere dictum eſt quo late ducūt aditus cētū: hoſtia cētum: per aditus enim multiplicem uariamq; doctrinam exprimit: qua ad ſapientiam ducamur: Hoſtia uero quæ quidem uenientibus: ſeſe opponunt non paruam in re difficultatem oſtendunt: Hæc autem non ante patebūt: quam id præcibus ab imo pectore fuſis impetrauerimus. Sūmo enim animi ardore & mente illi penitus deuota ſapientia acquiritur: Vt autē ſapientiam aſſequamur: promittit ſe templū Phœbo & Dianæ facturum: ſed de templo paulo ſupra dixi: hūc uero quare illud de ſolido marmore facturum ſe pollicetur / breuibus expediam: marmor res dura eſt: ac mirus in eo & candor & ſplendor apparet: Vnde ab eo quod græci ſplendere dicunt nomen ſumpſit: Q uæ omnia in ea mente/quæ ad ſpeculationem erigitur inſint neceſſe eſt: Erit enim ſolida ut quemadmodum inſanis fluctibus ſua duritiæ ita obſiſtit ſcopulus ut ipſe integer maneat/illi ueto illidantur: diſruptiſq;/reſidant: ſic mens nullis perturbationibus frangatur: ſed illas frangat: dicimus præterea aliquid ex ſolido marmore eſſe. cum non marmoreis cruſtis externe exornatum ſit: ſed totū ex marmore conſtet. Q uapropter & huiuſcemodi mentem eſſe oportet: ut nō ſigna quædam quibus ſapientiam exoptet præferat: ſed tota exardeſcens illi ſem per incumbat: Erit itidem ſummo candore nitens: ut nulla ſit corporea labe polluta. Q uo enim pacto ſplendore carere poſſit ea mens cum ſapientiam nū quā perceptura ſit: niſi prius multis doctrinis illuſtret. Tēplū uero Phœbo Dianæq; ponit: q(ut mō dicebā) & diuinaꝝ & hūanaꝝ rerū cognitio eſt ſapiētia. Dies aūt feſtos ſoli Apollini iſtituit: qa uerus cultus ſolis diuinis debetur. polliceē & Sybillæ penetralia: in qbus ſuæ ſortes & arcana cōdant: Nā niſi alta mēte

repoſita maneant ea quæ per doctrinam acquirimus ueluti danai puellæ aſſiduo laborabimus: neq; unquam perforatum uas adimplere ualebimus: Q uapropter & uiri lecti fortibus præponendi ſunt: Nam excellentes ſunt uires animi adhibendæ: quibus quæ didicerimus optime mandentur: Curãdum autem in primis ne reſponſa frondibus ſcripta tradantur: Sed ore pronuncientur: Non enim libellis & commentariolis credenda ſunt quæ addiſcimus: ſed menti: Neq; rurſus leuium ſtultiliumq; rerum eſt quærenda doctrina ueluti qui in dialecticorum ſuperfluis captiunculis/ac uanis amphibologiis/aut inanibus fabellis omne pene tempus terunt: Vere autem illud dictum eſt ſybillam circa principium nondum phœbi patientem eſſe: Ea enim principium nondum phœbi patientem eſſe: Ea enim quæ cognitu difficillima ſunt/ſuſcipere non ualent noſtra ingeniola donec Apollo (is enim eſt ueritas) nos componat: ea enim inſtructis omnia facilia redduntur: Sed audi quid dicat ſybilla. O tandem magnis pelagi defuncte periclis: Sed terris grauiora manent: Nihil grauius nihil uerius: Q ui enim omiſſa ciuili uita ad eam peruenit: quæ in contemplandis rebus poſita eſt: ille relicto pelago in continentem ſeſe recepit: Vita enim quæ in actionibus uerſatur: fluctuãti mari ſimillima eſt: Videmus enim omnia quæ in ea aguntur: fortunæ procellis expoſita eſſe: Contemplatio autem cum ad ea uertatur: quæ eodem ſemper ſe modo habent: neq; in interitum cadunt in ſolido hæret: Magnis itaq; pelagi periculis iactatus eſt æneas prius quam longis erroribus circumactus diuerſa horrendaq; maris monſtra uitare potuerit: Difficile enim fuit ut troianum incendium incolumis euaderet: laborioſum ut crudelitate atq; auaritia deterritus e thracia abiret: Incommodum ut ambiguitate oraculi deceptus in trinacenſem peſtem incideret. Q uis autem harpyarum fœdam illuuiem non abhominetur? Q uamuis iter ad Helenum per medios hoſtes non formidet. Q uis cyclopum immanitate non conſternatur? Maria autem ſicula ita caute obire: ut neue ſcyllam neue charybdim conſpiciat: & tempeſtati a Iunone æoloq; excitatæ ita reſiſtere: ne naufragium faciat non hominis ſed herois eſt. præterea quæ in ſociis in africano littore paſſus eſt: quas illi fraudes Iuno parauerit: quo amoris uinculo Dido illigauerit: prætereo quæ in Sicilia ex incendio nauium damna acceperit: Q uæ omnia grauia ac tunc periculis plena cum perpeſſus fuerit: quo nam modo in Italia duriora paſſurus eſt: Non tamen procul a uero aberat ſybilla: Cum enim a communi uita ac hominum cœtu te in ſolitudinem uendicaueris: tunc acriores quaſdam ueluti faces earum rerum/quas reliquiſti memoria admouet: & illarum deſiderio acerrimi inſurgunt morſus: Atq; cum obliuioni iam eam mandaſſe putamus: tum maxime illarum ingeminant curæ: rurſuſq; reſurgens ſæuit amor: ut niſi firmiſſima anchora naues fundauerit/uideatur in Africam renauigaturus: Non enim & ſi firmum ſit propoſitum minime inde diſcedere: tamen ceſſat certamen cum aliud illecebræ olim actæ uitæ aliud præſens conſilium ſuadeat. Venit in Italiam Aeneas: uerum eo uirtutum genere qui purgatoriæ appellantur a quibus antea quam penitus expiata ſit mens neceſſe eſt ut acerrimum bellũ quemadmodum noſtri aiunt ſpiritus aduerſus carnem gerat: Nam quanto magis hæc ſupra humanam imbecillitatem ſunt: tanto maiori periculo aggredimur. Hu-

manam enim ſocietatem cum deſerimus/aut in ferinam uitam per inſaniam & atram bilem degeneramus/aut heroico robore ſupra hominem erigimur. Quapropter interrogatus quidam qui in littore ſolus uagabatur/qui cum loqueretur reſpondiſſetq́ mecum: loquor. At qui uide inquit ille ut cum bono homine loquaris/& recte quidem: Non enim facile Scipionem inuenias qui nunquam minus ſolus eſſet quam cum ſolus. propter huiuſcemodi igitur difficultates ait Sybilla fore/ut cum in Italiam uenerint dardanidæ/ii enim uiri ægregii ſunt/nolēt ueniſſe. Inuenient enim alium in latio Achillem. inuenient & Iunonem a quibus non mediocriter uexandi ſint: Ambitio enim quæ ut in Iunone ita in bellicoſo uito exprimitur quemadmodum troiæ & uoluptati aduerſabatur: ſic & ſpeculationi quam ſibi præferri egre patitur aduerſabitur: Eſt autem ex dea natus achilles/quia diuina quædam generoſitas in animis noſtris inſita eſt: quæ nemini parere: omnibus autem imperare uelit: Hæc ſi recta ratione excolatur/ueram fortitudinem parit: ſin autem contra rationem elata omnia in ſuam libidinem conuertere tenet/ambitionem creat: & regnandi cupiditatem; Quapropter & ſi uehementer degenerer a dea tamen id eſt a diuina animi ui originem duxit: Nō autem ea ſolum: quæ uentura ſint prædicit Sybilla: uerum & cauſam tantorum malorum profert: Ait enim ut troiam euertunt nuptiæ mulieris externæ: ſic & in Italia lauinæ coniugium bellum acerrimum concitabit: coniungitur externæ mulieri animus noſter cum omiſſa uirtute rebus caducis delectatur. Quapropter uoluptas paridis troiam euertit. In Italia uero cum nondum cupiditatem rerum humanarum deponere ualeat animus bella excitantur aſpera illa quidem/ſed non in quibus ueluti apud troiam ſuccumbat: ſed unde uictor triumphāſq́ parto regno redeat. Accommodate ut mihi uidentur omnia hæc inquit LAVRENTIVS. At illud quare dictum ſit: ſed non ueniſſe ualent non intelligo. Nā ſi eum qui iam ad ſpeculationem peruenerit firmo iam propoſito eē oportet cur illum pœnitentia ſequatur non uideo: Non enim inficior uirum etiam grauem in huiuſcemodi ſtabili propoſito acri ſæpe morſu affici: non tamen ita magno affici puto ut ad pœnitentiam redigatur: niſi fortaſſe hoc dictum ſit: ut multa per quandam hiperbolem: ſic enim græci ſuperlationem appellant/dici conſueuere ut ex iis uerbis quibus pœnitentia ſignificatur non pœnitentiam ſed ſummā difficultatem oſtenderet: Iſthuc ipſum inquit BAPTISTA: uerum uideamus qd reſpondeat æneas: nempe id quod qui uera doctrina imbuti ſunt ſemper obſeruant: Ait enim ſe ita præmeditatum ueniſſe: ut antea ſecum animo omnia euoluerit. Quæ enim ante a nobis prouiſa ſunt ea id ſpatium præbent/ut antea quā ueniant uel euitari poſſint uel ſaltem ne tantum lædant prouideri: Cum animus ipſe ſuas uires colligens robuſtior aduerſus difficultates reddatur: Nam quemadmodum ſi hoſtes incautos ac nihil tale metuentes inuadamus/quamuis & loco & numero ſuperiores ſint facile illos ſuperamus. Contra uero uel exiguæ copiæ ſi ſpatium ad ea paranda aſſit: quæ prælio conducant ualidiſſimo exercitui pares ſæpe inueniuntur: ſic & nos ſi nobiſcum cogitauerimus/quamuis multa per corporis cogitationem accidere poſſint/animos tamen cæleſti ſemine ortos niſi ſocordiæ ignauiæq́ ſeſe dederint: nullis laboribus: nullis difficultatibus:

nulla fortunæ iniuria modo uelint impediri poſſe quo minus in originem ſuam
redeant inuicti ab omni perturbationum prælio euademus. Hæc ſecum cũ iam
diu meditatus eſſet æneas non petit nunc demum illa doceri. Verum in limine
contemplandarum rerum poſitus ad inferos deduci orat. Quo in loco quid ſi-
bi uelit æneæ ad inferos deſcenſus conabor paucis abſoluere: Si prius quid infer
nus ſit: & quot modis ad eum deſcendatur breuiter demonſtrauero: Infernum
igitur plurimis ante chriſtianum nomen ſæculis nõ ſolum hebræi uerum etiam
ægyptii poſuerunt. Quæ autem poſt chriſtum natũ noſtra religio ſine ulla du-
bitatione de inferis deq; pœnis: quas apud inferos nocentum animæ luunt / af-
firmat ea omnia ab hebræis ni fallor accæpimus. Quæ uero ægyptiorum monu
mentis mandata ſunt ea primus ad græcos tranſtulit Orpheus. Hæc deinde ſu-
is figmentis auxerũt plærīq; ex græcorum poetis / quorum principes Homerum
Heſiodum: Eurypidem: Ariſtophanemq; eſſe uidemus. Quos deinde ſecuti e
noſtris ſunt præter Maronem / Ouidius ſulmonenſis/ & ex hiſpania Statius Pa-
pinius ac Lucanus: & quem plærīq; florentinum fuiſſe putant Claudianus: At-
q; ii omnes inferorum ſedes ſubterraneas eſſe & ad cẽtrum uſq;: qui locus in ſpe
ra infimus eſt portendi crediderunt: Quapropter ſpeluncas quaſdam ac terræ
hiatus præſertim ſi ignem fumum ue euomant ingreſſum ad inferos nõ ſine mu
lierculrum ac totius uulgi ſummo aſſenſu fabulati ſunt. Nam & in laconica re-
gione Tenarus mons eſt circa finem malei promontorii / e cuius profundiſſimo
antro quoniam ſpiritu id agente ſtrepitus auditur: facile fuit uulgo perſuadere
inde ad inferos deſcendi. Acheruſia autem palus in epiro nõ procul ab heraclea
ab argiuo ut ferunt Hercule dicta ſpecum habet per quam cerberum tricipitem
Plutonis canem ab Hercule eductum crediderit antiquitas: Nam de auerno la-
cu nihil eſt quod referam: uulgata enim res eſt & a plæriſq; decantata. Ac de poe
tis hactenus. Plato uero eadem diſciplina: qua & Orpheus imbutus ita ſingula
proſequitur/ut nihil aliud inferorum locum animis noſtris eſſe uelit quam cor-
pus ipſum quo ueluti carcere includuntur. Ipſe enim animos a ſummo deo cre-
atos ponit: Qui quidem ſuapte natura ducti in deum parentem ſuum conuer
tuntur. Nec mirum. Nihil enim eſt quod in originem ſuam cum poſſit non re
uertatur. Videmus enim (ut loco exẽpli hoc ponam) ignem hũc (ut ita loquar)
terrenum/quia ſuperioris ui ac ſemine genitus eſt ſuæ naturæ impulſu ad ſuperi
ora erigi. Conuerſi autem in deum animi eius radiis ita illuſtrantur ut ubi hacte
nus eorum eſſentia per ſe ueluti informis fuerat: nunc illo fulgore conformetur:
fitq; miro quodam modo ut intra animi eſſentiam receptus fulgor nõ ueluti ex-
terna quædam & aduentitia res in ea reſideat: ſed ad illius capacitatem tractus ob
ſcurior quidem reddatur: & a ſe ipſe degeneret: menti autem proprius ac natu-
ralis efficiatur. Quapropter hoc duce in ſui ipſius atq; omnium quæ infra ſe exi
ſtunt: ea enim corpora ſunt: cognitionem animus uenit: Deum uero & cæte-
ra quæ ſupra ſe apparent: hoc lumine non cernit. Qui enim ſi iam connatura-
le ſibi factum eſt ea quæ ſupra naturam ſuam ſunt/illo continget: Id tamen men
ti noſtræ præſtat: Nam per primam hanc ueluti ſcintillam deo propinquior fa-
cta aliud accipit lumen & clarius quidem/quo iam cæleſtium quoq; & ſuperna-

rum rerum cognitionem accipiat. Sed hæc te LAVRENTI latere minime puto: Sunt enim non ſolum docte ac diſtincte/ſed omnino dilucide a Marſilio noſtro in iis dialogis explicata: quos ille in Platonis ſympoſium conſcriptos ſub tuo nomine ædidit: Quos quidem cum quia ad te ſunt: tum maxime quoniam plurimis ac ſelectiſſimis rebus abundant familiariſſimos tibi eſſe cupio: Sunt illi quidem inquit LAVRENTIVS. Verum præcipue locus iſte menti noſtræ hæret: in quo geminum in nobis lumen elucere demõſtrat: naturale unum & ingenitum ut dicebas: diuinum alterum & infuſum/quibus ſimul iunctis animi noſtri ueluti geminis ſuffulti alis/totum hunc ſuperiorem mundum peruolare poſſunt: Additq; ſi diuino illo ſemper utantur fore: ut ſemper diuinis hæreant. Infimus autem hic terræ locus animante in quo ratio ſit cariturus uideatur. Quod ne fiat eſſe diuina inſtitutum prouidentia: ut animus ſui omnino potens ſit: ualeatq; pro ſuo arbitrio uel utroq; ſimul lumine cum libuerit uti: uel altero ſolo: proptereaq; fieri ut natura duce ad natiuum lumen conuerſus ſe: uireſq; ſuas: quæ ad fabricandum corpus ſpectant/diuino lumine ad præſens omiſſo ſolum conſideret: illaſq; in corpore conſtruendo exercere cupiat. Recte ac memoriter tenes inquit Baptiſta: conſiſtit igitur in cælo ut Platoni quem poeta ſequitur/placere uidemus animus noſter ipſius diuinæ naturæ contemplatione perfluens: Verum illa quam dicebas cupiditate infectus & ipſa cogitationis mole degrauatus in infera deſcendere incipit. Verum quoniam cum de inferni finibus ex ſententia Platonis quæritur non ſimplex apud eius philoſophi ſectatores opinio eſt: nos eam hoc tempore ſequemur: quam & animorum rationi magis congruam putamus: & doctioribus magis placere cernimus. Hi igitur bipartitum mundum ponunt. Nam ſupremum cælum quod Aplanes uocitatur ſtellis (ut eſt apud poetã) ardẽtibus aptum ſuperorum regionem eſſe uoluerunt: eoſq; campos elyſios ac beatorum inſulas nominarunt: Saturni uero ſpera ac ſex reliquæ quæ ſub illa ſunt iter ſuſq; quicquid ſpatii inter lunam terramq; interiacet: ipſamq; terram inferis attribuerunt: Altiſſima igitur pars illa qua uel ſubſtentãtur diuina uel conſtant/nectar uocatur: & deorum potus eſſe creditur. Inferiorem uero lethæum/ac hominum potum dicunt: In hunc enim cum a ſuperiori cælo per cancrum ea enim hominum porta dicitur: prolapſa fuerit anima in ipſius hyles quæ elemẽtorum materia eſt tumultum incidit: quo in loco noui potus ebrietate degrauata & ueluti temulenta effecta diuinorum obliuiſcitur: terrenarumq; rerum cupiditate illecta ita per ſubiectas ſperas delabitur: ut ex ſingulis cælorum ordinibus aliquem eorum motuum: quibus uſura deinceps ſit in corporibus acquirat: Nam ab ea quam ſaturniam ſtellam nominant ratiocinandi & intelligendi a Ioue agendi a marte audendi uim abducit: ſol uero ut ſciat ut etiam opinetur illi cõcedit: Mox a Venere excepta deſiderii motum mutuatur: Inde per mercurii ac lunæ cælos deſcendens ab illo pronunciandi interpretandiq; ab hac plantandi & augendi uires acquirit: Ac poſtremo ad terram ueluti ad centrum: quo grauia omnia feruntur delata: & corpus quaſi carcerem uel potius ſepulchrum ingreſſa iure apud inferos relegata dicitur: Moritur enim in corpore anima uelut in ſepulchro demerſa: non ita tamen: ut huiuſcemodi morte extinguatur: ſed ut ad tempus obruatur:

quando quidem illius diuinitatem noxia corpora tardant: terreniq; hebetant
artus moribundaq; membra: habes (ſed breuiter) quid Platonici infernum pu
tent: & quem animarum ad ipſum deſcenſum ponant. Namq; de tartaris fabu-
lantur poetæ ea omnia animam in corpore pati manifeſtum eſt. In materiam
enim protracta nouam ſyluæ ebrietatem haurit cum illam ueluti flumine demer
gatur: Flumen autem ipſum non ſine exacta ratione in quatuor flumina ac ſty
giam paludem deducunt. Lethæū acheronta ſtygem cocytum ac phegethon-
tem: Materiæ enim admixta anima cuncta quæ in cælis uiderat obliuiſcitur.
Q uapropter iure lethæum nomen ab eo quod eſt.
ſic enim obliuiſci græci dicunt potare finxerunt. Ex hoc autem Acheron ma-
nat: quæ res gaudii priuationem denotat: quaſi Nam
quod in dei contemplatione purus exiſtens animus gaudium accipiebat: id om
ne ex obliuione amittit: quo quidem amiſſo: ſtyx quam facile triſtitiam inter-
pretaberis exoriatur neceſſe eſt: ſtygis demum poſtrema æſtuaria coitum effi-
ciunt: Q uis enim ex triſtitia in luctum non cadat: te autem non fugit id græ
cos dicere: quod latini lugere interpretantur. Ex diu-
turno autem luctu in furoris inſaniæq; ardorem incidere ſolemus: quem phe-
gethontem nominant. Ex hyle igitur unico flumine mala hæc omnja eueni-
unt: Q uapropter non ſine ſumma doctrina ex lethæo reliqua fluenta deriua-
ri finxerunt: ſed hæc in Phædone a Socrate latius explicantur: Nobis autem de
multis pauca ad hunc locum transferenda fuerunt: atq; ea ſola quibus deſcen
ſus ad inferos ex Platonis ſententia perſpicuus redderetur: Noſtri autem qui
ita a deo animas creari rectiſſime ſentiunt: ut eodem momento & creentur &
ſuis corporibus infundantur: non eas in hoc inferiori mundo uerſari uoluerūt:
ut commiſſa purgarent: Q uid enim ſi ante corpus non fuerant: extra corpus
peccare potuerunt: ſed ut ſuis rectis actionibus: quas omnino liberas habent cæ-
lo aliquando frui mererentur. Conceſſit enim nobis deus: ut noſtro arbitrio li-
bere uteremur: non ut per nequitiam delinqueremus: ſed ut per religionem
& iuſtitiam nobis ſummum bonum acquireremus: Verum cum per ſummam
ſtultitiam illud negligentes corporeis tetriſq; uoluptatibus deliniti maximis ua
riiſq; ſceleribus coinquinemur oportuit eſſe locum ubi a corpore digreſſæ huiuſ
cemodi animæ ſuorum facinorum debitiſſimas pœnas perderēt. Hunc autē lo
cum circa terræ centrū maxime eſſe uoluerūt: Nā cū & propheta eripuit deus ani
mā meā de inferno inferiori dixerit & ipſe humani generis ſaluator ſe triduo in
corde terræ futurū admouerit facile cōuincitur centrū eſſe: Nihil enim eſt cētro
inferius: quin & ita in medio terræ conſiſtit: ut in medio animante cor eſſe uide
mus: Q ua in parte & tenebras exteriores / quoniā a luce remotiſſimæ ſint: & dē
tiū ſtridorē quoniā nulla ſolis uis illuc deſcendat eſſe nemo negauerit. Erit igitur
in terræ cētro infernus: ſed ita erit ut etiā ex iis quæ ſapiētiſſime a Gregorio colli
gunť ad aerē uſq; hūc ex terræ & aquæ caligine craſſiorē ꝓtēdať. Atq; de īferno
hactenus ad illū aūt aīas deſcēdere oē fere hominū genus dixit. Sed tñ aliud alii
ſentiūt. Nā præcipitatio illa aīorū a ſupremo cælo in hæc corpora ad inferos de
ſcenſus eſſe a Platone creditur: Chriſtiani uero ſceleſtoꝝ animas e ſuis corpori-

buſad inferos trahi admonent. Dicimus itidem uiuentes homines cum in ui
tia labuntur/ad inferos ruere: Sunt quoq; qui credant magicis artibus & car-
minibus fieri ueluti deſcenſus quidam/ut inde euocari animæ poſſint. Verum
præter hos quatuor deſcēſus qntus qui eſt non uidet omittendus: Nā & ad in-
feros tendimus/cum lumen rationis noſtræ ac induſtriam in mali ac omnium
uitiorum naturam ſpeculandam deiicimus. Ego igitur libenter de te ſciſcitor o
Laurenti cum hæc omnia perceperis / quid putes hoc Aeneæ deſcenſu Virgili-
um exprimere uoluiſſe. Iam dudum quid agas uideo o Baptiſta inquit Lau-
rentius / ac pro eo maximas tibi gratias habeo: Quis enim non uideat uni-
uerſam hanc diſputationem non ſolum meis præcibus datam/uerum etiam a
me fratremq; meum erudiendum elaboratam: Nam & ſi cæteri: qui aſſunt
omnes mirifice tua oratione delectentur: tamen eſt eorum ætas ac doctrina
huiuſcemodi: ut etiam ſine duce ipſi per ſe hæc omnia cognoſcere ualeant.
Hos igitur duos erudiendos cum ſuſceperis: proptereaq; recte ne:an ſecus
quæ hactenus diſputaſti teneamus / noſſe cupias ſine ulla cunctatione quæcū-
q; rogaueris / reſpondebo: ſic enim & errata facile emendare poteris: & ſiqd
recte teneo id tuo iudicio confirmatum firmius hærebit. Petit igitur a ſybilla
quam tu iam doctrinam interpretatus es/ut ad inferos & ad parentem dedu-
cat: Quod cum petit oſtendit mentem præmonſtrante ipſa doctrina in ſen-
ſualitatem deſcendere. Vult enim uitia quæ ab ea ſunt penitus cognoſcere: ſed
uide quantum tibi ex hac diſputatione debeam: nam non ſolum effeciſti ut
hæc a Marone diuinitus dicta tenerem: ſed ſimilitudine rerum admonitus iā
quid ſibi noſter quoq; Danthes uoluerit facile coniector. ſed de hoc alias: Tu
uero ſi placet ad reliqua perge: Recte tu quidem inquit Baptiſta interpretaris:
Me autem tuum iſtud ingenium ac iudicium ſummopere delectant: Verum
audi quid illi a uate reſpondeatur. In primis enim deſcenſum ad inferos nul-
lius negocii eſſe demonſtrat: cum noctes dieſq; datis ianua pateat: Quod pro
fecto nimis etiam q̄ uellem uerum eſt: Nam cum procliues ut ſenex quoq; Te
rentianus conquæritur a labore ad libidinem ſimus / facile in uitium labimur.
Rectiſſimeq; illud ab Heſiodo   Rectiſſime quoq; &
illud uel clauſis oculis illuc deſcendi: Nam ſiue delinquendo in uitia labimur
quoniam id per ſtultitiam fit: ſtultitia autem rariſſimi carent: quid obſecro te
facilius inuenies: ſiue: ſed reliquos deſcenſus nunc miſſos facio: quorum pro
cliuitas perſpicue apparet: Id autem de quo nunc agitur: quis non uidet.
Mentem ipſam ac rationem facile in cognitionem ſenſuum deſcendere. Ma
ximum autem fit periculum ne dum circa ſingulas corporis uoluptates uer-
ſamur / ita illarum illecebris demulceamur / ut irretiti hæreamus: Facile igi-
tur ſenſus deſcendit mens / non autem facile a ſenſibus reuocatur. Id enim
eſt ab inferis redire: pauci enim quos æquus amauit Iupiter: aut ardens
euexit ad æthera uirtus diis geniti potuere: Tria ut uides hominum gene-
ra ponit quibus liceat ad ſuperos reuerti: Sed nos prius de duobus poſtre-
mis dicemus: cenſet Plato quod paulo ſupra explicatius demonſtrauimus
animos noſtros rerum terrenarum cupiditate degrauatos in corpora deſcen-

dete: Quapropter qui prius ambroſia nectareq; ueſcebantur: id enim eſt deo
fruebantur, atq; inde mirum gaudium ſumebat: nunc letheum epoti in re-
rum omnium obliuione merſi ſunt. Quod ſi intra corpus conſtitutus ani-
mus illius cogitatione ac ſordibus inquinetur: tam denſis tenebris obducitur/
ut nulla deinceps ſpes ſit ad ſuperiorem lucem redeundi: Sin autem ſe ipſum
in ſe colligens integre caſteq; degat, & corporis quoad poteſt conſortium de-
clinet, paulatim ex illa obliuione qua ueluti crapula uinoq; oppreſſus obdor-
miſcebat ſe excitans ualet ſibi geminas illas quas iam totiens nomino alas com
parare. Illis autem ſuffultus facile ex inferis reſilit, & ad ſuperos rediens in re
gionem ſuam reuolat: per duas igitur alas totidem uirtutum genera intelligi
mus/ & eas quæ uitæ actiones emendant: quas uno nomine iuſtitiam nun-
cupat, & eas quibus in ueri cognitionem ducimur: quas iure optimo religio-
nem nominat. Illud igitur pauci quos ardens euexit ad æthera uirtus: alam
primam exprimit, & uirtutes quæ de uita & moribus ſunt intelligit: cum de
inde addit diis geniti potuere ſignificat alam ſecundam: atq; ipſam religionem
quam ex uirtutibus iis quæ ad uerum ducunt conſtare uult Plato: Hæc itaq;
a tanto philoſopho mutuatur Maro cuius quidem doctrinæ non nihil ex ma-
thematicorum ſententia ita addidit, ut neq; ius ſuum ac libertatem animis adi
meret: neq; cæleſtia corpora ſua ui priuaret: Nam ſi animis noſtris uim neceſ-
ſitatemq; ſydera afferre dicamus/ non modo id in religione noſtra impium erit:
ſed & a ſummorum philoſophorum doctrina abhorrens, Verum ut intelli-
gas neq; hoc a Platonico dogmate alienum eſſe / refert ille in Thimæo ratio-
nalis animi effectionem nulli niſi deo tribuendam, quoniam ipſe eſſentiam at
q; rationem animorum noſtrorum creat. Corpus autem ac cæteras animi par-
tes, ut ea eſt quæ concupiſcit & quæ iraſcitur nos ab animo mundi mutuari:
Quapropter & ſi mens ipſa noſtra nullo ſyderum imperio ſubiecta ſit: tamen
quia nullam actionem ex iis unde uirtutes uitiaq; manant niſi per ſenſus ac ap-
petitum exercet: Illis autem quoniam a corpore ſunt uarias aut ad uirtutes affe-
ctiones: aut in uitia procliuitates inferunt ſydera/ permulti intereſſe uidetur quo
ſydere nati ſimus: Neq; ſolum ad hæc quæ ad uitam & mores pertinere diximus:
uerum & ad ea quæ ſpeculationem & ueri cognitionem reſpiciunt, Nam ſi om
nes omnium animi eadem natura ſunt, unde niſi a corpore erit: quod alii inge-
nio iudicio ac memoria excellentiſſimi exiſtant, In aliis hæc nulla appareant: cũ
autem omnis noſtra cognitio ab iis quæ efficiuntur ad efficientiam: & ab iis quæ
loco & tempore circũſcribuntur ad infinita initium ſumat: multa obiicitur dif-
ficultas animis noſtris: ut intelligentiam ut ſcientiam ut ſapientiam aſſequantur:
cum uires illæ, quæ paulo ante dicebam a membrorum: quibus ueluti inſtru-
mentis utuntur deprauatione hebeſcant: neq; ſe explicare poſſint: cum igi-
tur apud Platonem ſuum legiſſet Maro niſi geminas illas alas recuperemus ad
Superos redire non poſſe, Cum itidem illarum recuperationem a ſyderibus
ea quam oſtendi ratione impediri animaduerteret: ut a Ioue æquo amaremur
opus eſſe oſtendit. Hoc autem nihil aliud eſt / niſi ut benignitate ſyderum
affectiones ad rectas actiones acciperemus. Nam cum planetarum uaria uis ſit

Videmus iouis naturã huiuſcemodi eſſe:ut quos ille in ſuo ortu benigne aſpexe
rit illi ad iuſtitiam ac religionem proni reddantur:ita ut ad eas quas diximus alas
recuperandas impellat:colligamus igitur neminem ab inferis remeare/ niſi alas
recuperet: id autem non eſſe facile niſi iis qui benignitate ſiderum ad ſupera eri
guntur. Sed quid tu.L.Marſilium intuens clanculum ſubmurmuraſti: Nempe
id ſolum reſpondit.L.quod paucis ante diebus cum Timæum Platonis in mani
bus haberet:mihi de anima mundi dixerat Marſilius. Cautius inquit.B.mihi
progrediendum eſſe uideo:cum res nobis non modo cum docto: Verum etiam
cum memorioſo ſit:ſed quod de mundi anima dicis/id & uerum eſt/& huic lo-
co apprime quadrat: cenſet enim Plato rationis ſementem a deo factam:animoſ
qꝫ noſtros ab ipſo creatos/ac deinde mundi animæ ueſtiendos corpore traditos:
ut & corpore ueſtirentur:& eius pediſſequis uiribus informarentur: Aequum
enim fuit:ut quoniam concupiſcibilis iraſcibiliſqꝫ appetitus ſalutis corporis gra
tia ſuntiii ab eodem nobis darentur:qui nos corporibus incluſiſſet:Verum quia
hæ partes lubricæ ſunt:par fuit:ut qui nobis illas in deterius facile labentes dediſ
ſet idem ipſe aliqua ex parte ab erroribus tueretur:labenteſqꝫ ſubſtẽtaret.Qua-
propter iuſſit illi ſummus pater/ut quando ipſe iccirco animis noſtris cauſam
obliuionis præſtitiſſet:quoniam luteo corpore circundederit hominibus fulgo-
rem ueritatis infunderet. Huiuſcemodi itaqꝫ præceptis obtemperans mundi
animus eos omnes quibus æquus eſt/aut ſomniis oraculis & portentis aut in-
terno quodam motu & ad futuri prouiſionem: & ad diuinæ legis cognitio-
nem perducit: ut eo duce alas recuperemus. Hunc autem mundi animum ue
teres theologi & qui illos ſecuti ſunt Platonici ſæpe Iouem appellant. Hinc Or
pheus Iupiter inquit primogenitus eſt: Iupiter nouiſſimus:Iupiter caput:Iupi-
ter mediũ. Vniuerſa autem e Ioue nata ſunt:hinc hinc illud Iupiter eſt quodcũ-
qꝫ uides quodcunqꝫ moueris: Quin & ipſe Maro A ioue principium muſæ io-
uis omnia plena. Sunt enim omnia plena animo mundi:cum ille ita totus in to
to mundo & in qualibet parte totus: ubiqꝫ uigeant ut noſtri animi in ſuis cor-
puſculis: Hic deniqꝫ cælum ueluti citharam continens harmoniam efficit ex di
uerſorum cælorum ſanis: quas cum muſas appellent iure Iouis filiæ dicuntur
eſſe muſæ:Quantam igitur doctrinam Maro tribus uerſibus incluſerit/facili-
us mente concipio: quam uerbis exprimam. Recte igitur pauci quos æquus
amauit Iupiter: aut ardens euexit ad æthera uirtus. Recte & illud tenent om-
nia ſiluæ: Ab hyle enim(ut ſupra demõſtrauimus) eſt omnis noſtra ſtultitia/
& omnibus animis contagio: quibus impediuntur ne ad ſuperos redeant. Ve
rum de remeandi difficultatibus hactenus: Deinceps uero eas exponit rationes
quibus ita tuto deſcendamus ut pateat reditus: Aures autem ramus ſapientiam
nobis indicat ſine qua non eſt ſpeculatio eligendarum agendarumqꝫ rerum iu
dex. Neqꝫ mireris aurum ſapientiæ ſymbolum apud hunc poetam obtinere
cum plæriqꝫ idem ſcriptores fecerint: Vnde illud ſapiens aurum & multitudo
gemmarum & uas pretioſum labia ſcientiæ: Aurum enim eſt ſapientiæ ui-
gor atqꝫ fulgor. Nullum ex metallis auro pretioſius eſt. Nihil in rebus ſa-
pientia pluris faciendum. Fulget maxime aurum. Nihil ſapientia eſt ſplendi-

dius . Nulla erugine exeditur aurum : Nulla res imminuit ſapientiam ı Nullis
ſordibus aurum coinquinatur : Nullis maculis ſapientia deturpatur : Sed latet
arbore opaca : multis enim ac uariis inſcitiæ tenebris ita obruitur uerum & luco
ea enim corporis(ut ita loquar)hebetudo eſt ita tegitur : ut difficile omnino ſit
illud eruere: Scite enim & a Democrito uſurpabatur naturam in profundo ueri-
tatem demerſiſſe : Non tamen prius in hanc contemplationem deſcendere uale-
mus : quam aureum ramum decerpſerimus . Proſerpina enim ad ſe ire quempi-
am ſine huiuſcemodi munere uetat . Eſt enim proſerpina ipſa animi pars quæ ni
hil præter ſenſus continet : ad quam ſi ſine ſapientia accederemus nullum præte-
rea remedium daretur : quo minus de nobis actum eſſet . Illa enim irretiti nulla
unquam eſſet ſpes redeundi . Recte & illud primoq; auulſo non deficit alter au-
reus : ſe ipſa enim alitur ſapientia : atq; euenit inueſtigando/ut aliud uerum ali-
ud aperiat : nec quicquam percipiatur : quod ubi perceptum ſit ad aliud percipi-
endum non ducat ı Illud autem quis non uideat de uero ueriſſime dictum eſſe .
Nam alte inueſtigandus eſt.diuina enim & cæleſtia(ſi uerū inuenire uolumus)
non infima hæc atq; caduca inſpicienda ſunt : omnis enim doctrina a ſcientia ex
iis eſt ı quæ nullis terminis circunſcripta ſunt & in interitum non cadunt : Iubet
præterea iam repertum rite a nobis carpi : & iure quidem ita iubet . Nam niſi cer-
to quodam ordine pergamus/nihil unquam proficiemus: Addit enim poſtremū
illum facile te ſecuturum : ſi a fatis uoceris : ſin autem non uoceris : nec uiribus
tunc nec duro ferro poſſe conuelli. Virtutibus enim quæ mores corrigunt & quæ
rectum æquumq; reſpiciunt ualēt omnes ita animum a ſordibus purgare:ut mū
di e corporis migrent : Ad ſupremam autem illam rerum cognitionē uenire pau
cis omnino datur : atq; iis ſolis qui a fatis uocantur . Q uapropter recte ſi te fata
uocant : Q uod tamen ut planius exprimam/uolunt Platonici deum poſt ſe ip-
ſum cognoſcere . Deinde omnes reliquas res ı Tertio autem loco ea cuncta effice
re quæ cognouit ı Poſtrema ergo hæc a ſecunda : Secunda rurſus a prima depen-
det . Nam omnes res producit quia illas nouit : Nouit autem nulla alia ratione :
niſi quia ſe ipſum in quo omnia ſunt contemplatur . Huiuſcemodi itaq; ordine
tria iſta in deo ponunt ita ut primam ſapientiam : Secundam prouidentiā : Ter-
tium fatum nominent . Chriſtiani autem cum hæc eadem(ni fallor)ſentiant: Fa
ti tamen nomen uix ponere audent : non quia Platoni iraſcantur ı ſed cum uidiſ
ſent eſſe quaſdam in philoſophia familias : quæ eam fato neceſſitatem imponāt:
ut nullam in actionibus nobis decernendi libertatem relinquant fati nomē odiſ
ſe uidentur.At nos eum quem paulo ante dixi philoſophum ſecuti dicamus de-
um rerum cauſas id eſt ſe ipſum conſiderare : Deinde ortum ordinemq; : ac deni
q; gubernationem rerum quas complectitur intueri : Q uæ deinceps ita omnia
exequitur ut nullo modo ualeat impediri ı Q uam quidem rem fatum dicunt:
Q uod ſi ita eſt uon aberrant qui dicunt rationem ac ordinem rerum : quam in
mente dei prouidentiam dicunt in rebus mobilibus ac loco & tempore circūſcri-
ptis fatum dici.Te itaq; ſi fata conceſſerint ramus aureus uolens faciliſq; ſequet' :
Datur igitur paucis & id diuino quodam extra ſortem munere ab ipſa dei proui
dentia:cuius conſilium ſcrutari nefas homini eſt:Rectus enim dominus & recta

conſilia eius : ſed quæ mortali ingenio compræhendi non poſſint. Quis enim adeo temerarius : ut noſſe contendat cur Ioanni : cur Paulo apoſtolis ea aperuerit dominus : quæ multis ſanctiſſimis uiris & multa doctrina illuſtratis detegere noluerit : Quod exemplum late patet & ad omnes qui in aliquo doctrinæ genere laborauerint transferri poteſt : ut cum multa eodem ſtudio flagrauerint : eandemq; operam ac laborem impenderint alii ſummum in ea arte attigerint : aliis autem uix in poſtremis conſiſtere licuerit. Habes quid aureus ramus meo iudicio ſibi uelit : Quod autem ad miſeri funus pertinet ſic accipe. Miſeri odioſa laus recte interpretatur. Quapropter erit eadem inanis quædam gloria. Sũt enim ſummo odio digni qui uirtutem negligunt : unde ſolida expreſſaq; manãt gloria. Honores uero ac reliqua uirtutis inſignia ſectantur : Quam qui in uita ciuili res egregias adoriuntur in primis captare conſueuerunt. Hi enim non recti honeſtiq; amore : ſed gloriæ cupiditate laborant : quam dum aſſequi cupiunt : & rem publicam ſæpe perdunt : & in ſummum ciuium odium incidunt : Egregie igitur Iuuenalis. Tanto maior famæ ſitis eſt quam uirtutis. Huiuſcemodi igitur uiri animi excellentiam ſiue a natura ſibi inditam/ſiue induſtria/atq; exercitatione comparatam penitus corrumpunt. Non enim uirtutem amant. Sed uirtutis inſignia : quæ ſæpius malis quam bonis exhibentur. Inanis igitur atq; adumbrata gloria in rerum publicarum adminiſtratione excellentioribus ſemp adhæret. Quapropter Hectoris quoq; comitem miſernum fuiſſe fingit. Si enim caritate patriæ magis quam cupidine gloriæ mouerẽtur huiuſcemodi uiri beatiſſimæ omnino eſſent ciuitates : quibus illi præeſſent : Qui igitur ad uitiorum ſpeculationem ea gratia tendit : ut ſe ab illis explicet : cum in primis huiuſcemodi gloriam abiicere neceſſe eſt : Quapropter recte eo tempore miſernus extinguitur quo æneas a ſybilla præcepta accipit. Initium enim ueri inueſtigandi a miſerni interitu optime ſumitur : Nec tamen ſatis fuerat illum extingui : niſi etiam ſepeliatur : ut nuſquam ueſtigium illius appareat : nec unquam reuiuiſcat : Quod autem illum tubicinẽ fuiſſe dicit : optime quadrat. Eſt enim huiuſcemodi hominum : ut res a ſe geſtas quam latiſſime diuulgent : & ſuo præconio omnibus oſtẽdant : Eſt præterea æoli uentorum regis filius : Nam nihil uentoſius eſt illi qui neglecta uirtute re ſolida & expreſſa adumbratam quandam & penitus inanem gloriam aucupentur : unde & tumidi & inflati & uentoſi dicuntur. Recte & illud quo non præſtantior alter aere ciere uiros martemq; accendere cantu. Quid enim aut Ninum aut Cyrum aut Xerſem ut hos ſolos de innumeris aſiaticis regibus referam : quid quæſo aliud impulit : ut non contenti patriis finibus multis populis ac nationibus bellum inferrent : Quid apud græcos ſpartanos aut athenienſes excitauit ut magnam Aſiæ partem ſuo imperio adiungerent : Quid Hannibali ſuaſit ut hiſpanis galliiſq; ſubactis romam orbis caput peteret : Quid apud noſtros. L. Syllam prius ac. C. Marium : Deinde Iulium Cæſarem. Cn. q; Pompeium ac poſtremo Octauium &. M. Antonium eo furore accendit ut ciuili ſanguine cuncta replerentur niſi inſanæ quædam famæ cupiditas : Cum gloriam in iis rebus quærerent : quæ ſtolidiſſimum uulgus ſtupeſcere quidem cogant : ſapientes autem ad iuſtiſſimam indignationem ſummumq; odium concitent : at ne

mo modo ipſe malus non ſit huiuſcemodi uiros bonos dixerit. Sed quid ſi optimi quecqꝫ in hominum ſocietate uiri: ac pro re publica emori promptiſſimi præter id quod patriæ caritate in manifeſtiſſimam mortem ruebant: gloriæ quoqꝫ cupiditate extremum caſum æquiore animo ferebant: Q uis enim ſibi perſuadeat aut Themiſtoclem athenienſem in nauali prælio apud Salamina geſtũ: aut Epaminundam in ea uictoria qua de Lacedæmoniis potitus eſt: aut Spartanum Leonidam in thermopylis uiriliter pugnantem nihil de gloria cogitaſſe. Ego enim neqꝫ Brutum ſingulari certamine aduerſus regis exulis filium concurrentem: neqꝫ Scæuolam tanti animi conſtantia dexteram exurentem: neqꝫ Decios illos in cõfertiſſimos hoſtes irruentes: neqꝫ innumerabiles alios qui patriæ libertatem ſuæ uitæ prætulerunt famam quam de ſe poſteritati relicturi eſſent nihil unquam fecisse arbitror. Sed nos in re omnibus manifeſta nimium fortaſſe moramur. Itaqꝫ redeo ad miſernum qui cum tritonem deum prouocare audeat: iure demens appellari poſſit: Q uid enim ſtultius quam ſi inanis hæc gloria a caducis ac cito perituris rebus profecta audeat ſe illi: quæ uera eſt & a diuinis rebus proficiſcitur per ſummam temeritatem æquiperare. Q uapropter facile ab ea obruitur. Sed hæc ad rem noſtram: Reliqua autem quæ circa funus deſcribuntur hiſtoriæ atqꝫ aurium uoluptati concedantur. Geminas autem columbas geminas illas alas q̃s paulo ſupra diximus intellige. Illas enim ducibus ad contemplandas res tendit: Sunt autem uolucres ueneris: quia oportet illas eſſe ab ardenti amore: Nec iniuria matrem inuocat: Nam tantam difficultatem niſi rapiat amor facile fugiũt homines: Illæ autem non ſemel aut uno impetu/ſed paulatim uolando ad locũ ducunt: Non enim hominis eſt omnia momento uidere: ſed ratiocinando gradatim a cognitis ad incognita uenire: Sed uide quid ſequatur: inde ubi uenere ad fauces graue olentis auerni.

Tollunt ſe celeres liquidumqꝫ per aera lapſæ:
Sedibus optatis geminæ ſuper arbore ſidunt:

Nam quæ ad tantarum rerum cognitionem duces ſe præbent/eas rerum terrenarum contagionem id enim eſt auerni teter odor celerrimo uolatu effugere oportet. Duplex igitur uirtutum genus nos ad ueritatem ducit: quam ſine mora rapit æneas/ut eius luce ea quæ per infernum obſcuriſſima ſunt cernere poſſit. Deſcriptio uero auerni naturalem loci ſitũ demonſtrat. Neqꝫ eſt quod ſacra ab ænea peracta in ſeriem noſtræ ſententiæ digerere laboremus. Inſeruiens enim ſuo argumento poeta eorum ſacrorum quæ ad necromantiam adhibeant ueteres explicat. Q uod autem æneas nudo enſe iter aſſumere iubeat & ſi hoc in iiſdem ſacris obſeruare conſueuerint: tamen admonetur ipſe ut robuſto animo rem arduam aggrediatur. Aeneas itaqꝫ ducem haud timidis uadentem paſſibus æquat. Nam quis non uideat: quod doctrina aliqua nobis oſtendit id quam celerrime quam diligentiſſime eſſe arripiendum. Erat autem iter per obſcura: uel quia ut dixi ueritatem in obſcuro abſtruſit natura: uel quia uitiorum ſedes procul a luce ſunt: Q ui enim rationis lumine illuſtratur: is & uerum cognoſcit/& recte agit: illam autem qui amiſerint ſua natura ignorata in uitia incidunt. Appellat præterea domos plutonis uacuas & inania regna. Q uo quid uerius dici poteſt: Eſt enim

nudiuſtertius manifeſtis rationibus conuictum mala uitiaq; nihil omnino eſ
ſe: quando quidem nihil afferant / ſed bonum pellant. Hoc cum prudens ue
hemenſq; uates Perſius intelligeret: grauiſſime in eam exclamationem proru-
pit / O curas hominum / O quantum eſt in rebus inane: Vt autem quale eſſet
ad uitia initium expreſſius poneret oſtendit in tantis tenebris non nihil tamen
lucis apparuiſſe. Nam & ſi mentis cæcitate in uitium labamur: tamen circa
principia non omne penitus lumen tollitur: Prius enim incontinentes effici-
mur quam in temperantiam cadamus. Miro autem iudicio quæ ſequuntur in
inferorum ingreſſu ponit: Si enim ex ſententia eius quem ſequitur Platonis
deſcenſum animorum in ſua corpora deſcribit / manifeſtum eſt animum qui
hactenus omnium horum malorum expers fuerat in ea nunc omnia corporis
contagione incidere: Omnes enim perturbationes inde ſentit: Luctu enim cu
riſq; angitur. Impendentia timet: morbos laboreſq; experitur: fame atq; ege-
ſtate urgetur: omnibus deniq; quas ille enumerat calamitatibus præmitur:
quas a corpore liber expertus unquam fuerat. Sin autem prolapſum animo-
rum in uitia huiuſcemodi deſcenſu interpretari uolumus non multum diuer
ſa ratio erit: Quæ enim res tanta uelocitate commiſſum facinus conſequi-
tur quam facti pœnitentia. Quæ autem pœnitet is ſine luctu eſſe non po-
teſt. Adde quod conſcientiæ ſtimulis aſſiduo purgatur neceſſe eſt: Vrgent enim
illum aſſiduæ curæ: quæ ueluti ultrices furiæ pœnas flagitiorum ſeueriſſime
extinguunt: Quod quam docte quam eleganter quam expreſſe poſuerit Iu-
uenalis quæſo recordamini. Exemplo enim inquit ille quocunq; malo com-
mittitur ipſi diſplicet autori prima hæc eſt ultio: quod ſe iudice nemo nocens
abſoluitur. Ac paulo poſt: Nam ſcœlus intra ſe quicunq; cogitat ullum facti
crimen habet. cedo ſi conata peregi perpetua anxietas nec menſæ tempore ceſ
ſat. Iure igitur ultrices curæ ſunt in ueſtibulo poſitæ: Nec mirabimur ſi pal-
lentes habitent morbi cum ſtoicorum acutiſſimas argumentationes intellige-
mus. Aiunt enim quemadmodum temperantia ſedeat appetitiones: & efficit
ut illæ rectæ rationi pareant: conſeruatq; conſiderata iudicia mentis: ſic huic
inimicam intemperantiam eſſe: eamq; omnem animi ſtatum inflammare cō
turbare ac incitare: eoq; pacto omnes ex ea perturbationes gigni. Nam ue-
luti cum ſanguis in corpore corruptus eſt: aut pituitabilis uere redundat
morbi ægrotationeſq; naſcuntur: ſic prauarum perturbationum diſſonantia
animum ſanitate ſpoliat: uehementerq; perturbat: ex perturbationibus ue-
ro morbi conficiuntur quæ illi uocant: deinde ægrotationes
quæ appellantur: Quapropter perturbatio
quia inconſtanter turbideq; ſe iactant opiniones in motu ſemper eſt. Ve-
rum cum iam huiuſcemodi furor ac mentis concitatio inueterauerit: & tan
quam in uenis medulliſq; inſederit: tum exiſtit morbus atq; ægrotatio. Nā
cum ex falſa quadam opinione quæ plus tribuat diuitiis quam tribuendum
ſit pecuniarum cupiditate inflammemur: nec adhibeatur continuo Socrati-
ca quædam medicina: quæ cupiditatem extinguat manat illa in uenas efficit-
q; eum morbum atq; ægrotationem quam auaritiam nuncupamus. Recte tu

quidem de morbis ut mihi uideris inquit Laurentius & ad locum explican-
dum apposite: Non enim philoſophi ſolum / ut tu probe demonſtraſti: Sed
& oratores & poetæ non corporis ſolum ſed & animi ſæpiſſime morbos di-
cunt. Ergo ut morbos inquit Baptiſta ad animum ita & ſenectutem recte refe
remus. Nam eum ipſe aciem roburq; mentis ueluti iuuentutem admiſerit: &
ignauia ac torpore quodam ueluti ſenio tabeſcit / facile in uitia: hæc autem
mors animorum eſt / eum cadere uidemus. Mala autem ſuada fames quidnam
aliud quá auaritia deſignat: qua homines ad omne facinus impelluntur? Q uæ
nam enim res alia nobis ſuadet aut iniuſtiſſimis bellis innoxios populos laceſ
ſere: aut cædes: & rapinas exercere: aut in latrociniis graſſari: aut uenena pa-
rare: aut fidem fallere: aut patriam atq; ciues prodere: niſi auri ſacra fames?
Q uod quidem ſi ita eſt eodem quoq; in loco erit ponenda turpis ægeſtas. Cũ
enim homines paupertatem: quam nemo ſapiens turpem exiſtimauit turpiſſi-
mam putent: eamq; ueluti ſummum malum exhorreant / nihil repugnat: nul
lus pudor obſtat quin quo illam fugiant / omnia uenalia habeant / nec abſunt
terribiles uiſu formæ letumq; laboſq;: Nam qui a luce exules in his tenebris uer
ſantur: nihil præter deſidioſum ocium quærunt: Nec meminerunt homines
ad agendum atq; ſpeculandum natos nullum laborem / qui quidem honeſta-
ti adiunctus ſit eſſe fugiendum: De lœto uero ſic accipe. Philoſophi qui cir-
ca prudentiæ acquiſitionem uerſantur animaduertunt corpus ſi ſocium ad rem
agendam aſſumatur maximo ſibi eſſe impedimenro: Senſus enim qui a cor-
pore ſunt nihil in ſe ueritatis: nihil ſinceri / ut recte de his rebus iudicare uale-
ant in ſe continent: Ex quo fit ut animus ſi illis ad inueſtigandum utatur: ſæpe
decipiatur: & illorum illecebris ebrius nihil proſpiciat. Q uapropter mentem
quam maxime poſſunt a ſenſibus: & a corpore ſeuocant. Ait enim in eo qui phe
don inſcribitur Plato nos tum deniq; bearos futuros ſi a corporeis abſtrahamur:
ac deo ſimiles reddamur. Hoc autem quid aliud quá mori eſſe dicemus? Q ua
propter ſi huiuſcemodi uiri dum uiuunt mori meditantur: uenientem ne mor
tem illos trepidaturos cenſebis? Stulti autem qui nihil præter corpus nouerũt:
iniquiſſimo animo illud diſſolui patientur. Recte igitur is quem totiens nomi-
no Plato / ut illos philoſophos ſic iſtos philoſomatos appellat: Q uæ omnia cũ
probe noſſet Maro non illas terribiles formas eſſe: ſed uideri terribiles dixit. Re
liqua uero quæ enumerantur & ſopor & mala mentis gaudia ac poſtremo bel-
lum / furiæ & diſcordia ad eandem rationem quicunq; uel mediocri ingenio uir
fuerit facile referet. Nam qui in uitio eſt is tanquam ſomnolentus ad omnem
honeſtam rationem obtorpeſcit: Neq; ullam uoluptatem niſi de rebus turpi-
bus capit. bellum autem ac diſcordiam non modo cum aliis: ſed ſecum gerit:
cum aliud libido aliud auaritia ſibi uelit. Deſidia illum ad ocium: ambitio uero
ad labores aduocet. Q ua animi diſtractiõe ueluti furiis exagitatur. In ultimi au
tem deſcriptione idem quod & paulo ſupra oſtenderat pulcherrimo nũc ac om
nino poetico figmẽto depigit. Ipſa enim in medio poſira magnũ ſpatiũ occupat:
fructũ aũt nullũ præbet: ſed ſola umbra nos delectat: ſic & turpe facinus ea no-
bis oñdit: quæ nihil ſolidi habeãt: & quæ cũ magna uideant / nihil ſint: ut phry

gii æſopi exemplo relicto corpore umbram ſectemur. Quod eo quoq; expreſ-
ſius notat cum addat in ſingulis frondibus ſingula inſidere ſomnia: atq; ea
quidem uana: Nihil leuius/nihil mutabilius eſt frondibus: Ea autem in qui-
bus ſummum bonum reponunt ſtulti: & quorum gratia rapinas fraudes mul
taq; alia flagitia patrant: ut honores diuitias ac reliqua aſſequantur: in qua for
tunæ temeritate poſita ſit/ & quã facile mutentur atq; defluant: nemo eſt qui
ignoret: Quæ etiam uanis ſomniis ueriſſime comparantur. Sunt eodem in
loco plurima monſtra non temere poſita: Nam ſi ea monſtra dicimus quæ
præter naturæ legem eueniunt/cuncta flagitia uero nomine monſtra appella-
buntur/cum præter rationis legem qua ſola homines ſumus exoriantur. Me
rito autem Ixionis filii putantur centauri: nam ille contempta iuſtitia abru-
ptoq; humanitatis uinculo populos liberos iugo tyrannidis oppreſſit: Qua-
propter eius cogitationes a principio aliquid humanitatis præferentes in im-
manitatem atq; efferitatem quandam tandem degenerant: Non inſcite igitur
Plutarchus dèmonſtrat/huiuſcemodi homines tanquam ſimulachro uirtu-
tis adhærentes/nihil ſincerum/nihil rectum/ſed mixta omnia atq; nota face-
re: Cum ſuam quiſq; uoluptatem ſequatur/ſummis perturbationibus ad ſu-
os impetus delatus: Prolixior ſim quã rerum multitudo poſtulat: ſi utranq;
ſcyllam proſequar: in iiſq; nimias cupiditates exprimi oſtendam: nam Hy-
dra ad dolos fraudeſq; referri facile poteſt. Fuit enim Hydra Platone teſte ſo-
phiſta calidiſſimus: nam cũ ueri inueſtigandi duplex modus ſit per ueras alter
alter per ſophiſticas rationes hydrã cauilloſas atq; deceptrices argumentationes
ponimus: Cuius uno capite cæſo plura renaſcantur. Nam una confutata ra-
tione ille ſuis argutiis plurimos ſubiungit. Hanc autem Hercules igne id eſt
ingenii feruore extinguit. Neq; eſt quod & hoc inter monſtra enumerandum
neges: Nam ut uera dialectica ab omnibus doctiſſimis ſummopere ſemper ap
probata eſt: ſic hanc captioſam grauiſſimi ſemper uiri abhominati ſunt: Chi-
meram aut ad iracundiam: Gorgones ad uoluptatum illecebras/quibus ſtul-
ti in ſaxum conuerti iccirco dicuntur/quia nimis illas obſtupeſcunt. Pruden
tes uero & Palladis ægide & Mercurii gladio facile interimunt referri quis nõ
uideat: Briarei autem ac reliquorum qui aduerſus deos bella geſſerunt/fabu-
lam rectiſſime interpretatur Cicero/cum id nihil aliud ſit quã bene monenti
naturæ repugnare: Gerion uero ſi græcum nomen interpreteris/terræ litem
exprimet. Lis autem æterna eſt terræ id eſt corporis aduerſus ſpiritum. Erit ita
q; Gerion pars effœminatior animi a ſenſibus profecta: quæ in homine uitio
ſo uniuerſæ animæ imperat. Quapropter quoniam ſunt tres animæ par-
tes/tribus illum inſulis imperaſſe fabulantur: cuius canis iccirco biceps eſt:
quia & cupiditate ſimul & timore laborat. His igitur monſtris perterrefa-
ctus Aeneas uim parabat. At Sybilla hominem commouefaciens ea omnia
ſimulachra uana eſſe oſtendit: Illaq; non ui ſuperanda/ſed ratione cognoſcen
da: cognitaq; fugienda iubet. Poſt huiuſcemodi monſtra ad Acherontem &
cocytum deuenitur: de quibus fluminibus & ſi paulo ſupra dictum ſit: ea tamẽ
alia quadã rõne proſequamur. A cõcupiſcentia nr̃a ueluti a fonte manat aqua:

quæ ſtygem paludē efficit.Ne a concupiſcentia primū ꝑuenit cogitatio/deinde actio qua peccamus:Acheron poſt hæc concitatior fluuius eſt:nam per eum exprimitur motus ad flagitia:hic autem poſt cogitationem excitatur:Neqꝫ præter rationem eſt quod illum ingenti tumultu ferri Seneca dicat: Non enim poteſt animus ſine ſtrepitu reluctantis conſcientiæ in facinus ferri:Quoniam autem huiuſcemodi peccandi deliberatione uoluntas in uitium tranſit:iccirco in hoc flumine nauiculam nautamqꝫ ponunt.Poſt uero huiuſcemodi tranſitum id autem eſt poſt peccatum/ſequitur mœror/quem refert ipſa ſtyx.poſtremo maior luctus qui eſt cocytus. Vt igitur ponatur ante oculos iſta(ut ita loquar) gradatio:primo loco eſt conſcientiæ motus:ſecundo deliberatio ſuſcipiendi flagitii:poſt hanc mœror ac demum maior luctus:primum itaqꝫ ac tertium ſtyx ſignificat/ſecundum Acheron:quartum cocytus.Sūmopere me hæc delectant inquit LAVRENTIVS.neqꝫ me offendit quod eoſdem fluuios non ad unā / ſed ad plures rationes tranſferas. Videmus enim & grauiſſimos in noſtra theologia locos uariis modis à doctiſſimis uiris interpretari.Habes igitur de fluminibus inquit BAPTISTA:Nunc quid ſibi Charon uelit / conſiderandū cenſeo: Nam portitor has horrendas aquas: & flumina ſeruat terribili ſqualore charon: cui plurima mento Canicies inculta iacet.uerum ut res ſuo ordine progrediatur/non nautam ſolum: ſed & nauem ſimul interpretabimur:Sit igitur nauis uolūtas:ſit nauta libere uoluntatis arbitrium: Nauis rurſus cōto in ſuum curſum dirigitur.Hic electionem exprimit:ipſa enim electione liberum arbitrium uoluntatem dirigit: Quin & per uela cæleſtes inclinationes non erit abſurdum intelligere:Nam quo cæli inclinant/id libenter eligimus:niſi illis ſeſe ratio opponat:cuius tanta uis eſt/ut etiam ſyderibus dominetur.Pergrata hæc ſunt quæ dicis inquit LAVREntius.Video enim te chriſtianorum dogma retinere: ut tamen mathematicos oīno nō irrideas:Sed ſequere obſecro:Senex eſt charō inquit BAPTISTA:qm̄ aīa ſi nō tēpore ut Platonici:quos ſequit̃ poeta / uolūt dignitate ſaltem & origine prior eſt corpore. Adde qđ æterna eſt:æternitate aūt nihil antiquius:Quapropter & arbitriū liberū in illis æternū:Sed cruda deo uiridiſqꝫ ſenectus:qa nūquam deficit.Eſt aūt terribili ſqualore & ex humeris ſordidus illi amictus dependet.Quæ omnia ad corpus rectiſſime ni fallor referuntur: corpus enim ueluti ueſtimentum eſt animæ:quod aſſiduo mutatur ueteraſcit: ac tādem tabeſcit.Addit duplicem oculis flammam:quia liberi eſt arbitrii ad utrum uelit flecti/& ad rationis fulgorem/& ad cupiditatum ardorem.non temere autem nec ſine exactiſſima quadam ratione herebi noctiſqꝫ filius eſt Charon: Ceſſet enim nox in nobis quæ nihil aliud eſt niſi ipſæ tenebræ/quæ ab inſcitia proueniūt/nulla erit cōſultatiōe opus:mens enim ſūmū bonū perſpicue noſceret: & in illud ſine ulla dubitatione ferret̃.nūquam enim eligimus neceſſaria/ac ſublata dubitatiōe oīs conſultatio ceſſat:Quapropter qui iam in tertio uirtutū genere ſunt:quas purgati animi appellant/ii prudentia in reꝝ delectu nō utunt̃: ſed præter ea quæ ſūt uera bona nihil nouerūt:eaqꝫ ſola intuent̃. Herebus igitur quod uerbū græce ab obſcuritate originem ducit:ita ſeſe rationi opponit ut opus ſit cōſultatiōe: Quoniā uero(ut mō dicebā)nemo de neceſſariis con

ſulit:oportuit hanc uim ea libertate donatam eſſe:ut aut de pluribus unum/aut
de uno ſit ne agendum pro ſuo arbitrio decernat. Hoc ſi ita eſt a gratia dicitur
Charon. Nihil enim liberius eſt gratia cum ſua ſponte proueniat:non autem ex
cuiuſquam merito debeatur. Quapropter cogi nullo pacto uult:atq; ea de cau-
ſa cum Aeneam per tacitum nemus uenire uidet:ſic prior alloquitur: Quiſquis
es armatus qui noſtra ad limina tēdis/Fare age quid uenias iſthinc & comprime
greſſum. Nam cum etiam rationem ad ſe uenire uideat liberum arbitrium:Non
ante illam admittere uult quam diſcutiat diligentius quid ſibi agendū ſit. Qua-
propter addit:Nec uero alcidem me ſum lætatus euntem accepiſſe lacu: quia ne
ad uirtutem quidem trahi uult liberum arbitrium. Verum antea conſultat: Et
poſt conſultationem delectum adhibet: Quam quidem rem animaduertens ſy
billa/ſtatim ſubiicit:Nullæ hic inſidiæ nec uim tela ferunt:& ut appareat illum
non cogi/ſed per conſultationem perſuaderi aureum ramum oſtendit:Ille autē
ad uiſam ſapientiam libenter conuertitur:& de natura hactenus. Nauis uero ex
cæruleo colore conſtat:Ille autem ex albo nigroq; conficitur. Contēplator enim
inter inſcitiam atq; cognitionem uerſatur. Non enim mouetur quiſpiam ad in-
ueſtigandum niſi aliquid uideat:Rurſus cum omnia in ea re uiderit deſinit ſpe
culari. Eadem fere ratione futilis fingitur:perceptis enim percipienda adnectit:
Si autem futilis & rimoſa. Nam antea quam habeatur perfecta rerum cognitio/
non erit ita perpetua rerum ſeries/ ut nullum intermedium relinquat: Animas
uero quas ut Aeneam recipiat e naui pellit:omnes animorum affectus qui ratio
ni aduerſantur/interpretandas opinor. Sed uos fortaſſe nimis curioſam nimiſq;
ineptam huiuſcemodi interpretationem exiſtimabitis:cum ita minute etiam mi
nima proſequar. An tu te curioſum aut iſta minuta appellas inquit LAVREN
TIVS:quæ etiam ſi nimis ingenioſe elicienda eſſent:digna tamen ſunt in qui-
bus elabores:Nunc uero cum ſe ultro offerant/quis ea repudiet? Quin igitur
proſequere:& qyæ diſputationi noſtræ quadrant ne præteri. Atq; in primis quid
ſibi Cerberus uelit/nobis aperi:Nam & quod cymba gemuerit:& quod rimoſa
inultam paludem acceperit: ego niſi tu aliter ſentias ſic accipio/ut in altero ſpecu
lationis difficultatem:in altero terrenarum uoluptatum illecebras: quæ furtim
dum uitia ſpeculamur interfluunt/exprimere uoluerit:Promptum per immor-
talem deum ingenium/& ad omnia uerſatile in te eſſe uideo o LAVTENTI in-
quit BAPTISTA:neq; commodius iſta me interpretari potuiſſe fateor:Ad cer
berū autem de quo audire cupis/paulo poſt ueniam:Interim pauca quæ omiſ-
ſa ſunt/percurramus: Ad nautam omnes confluunt animæ: orantq; primæ
tranſfluuium portari:tenduntq; manus ripæ ulterioris amore: Hic igitur con-
curſus hoc ut puto ſignificat omnes natura ſcire cupimus: natura autem non
omnes admittit: quia liberum mentis arbitrium non omnes ad ſpeculationē
admittit: nam quod in humatorum animæ centum annos uagentur: de ægy-
ptiorum conſuetudine tractum:& *Seruius* & *Seneca* affirmant: Quam rem
deinde Orpheus ad inferos tranſtulit: Vehementer uero quadrat Palinurum
a ſybilla ſeuere caſtigari: nefas enim eſt eum appetitum ad ueri inueſtigatio-
nem traducere/qui aduerſus rationem contumax ſit: Sed redeo ad Aeneā:quē

tandem charon ad alteram ripam incolumem traducit. Ipſe enim poſt diuturnũ ceriamen rationis & appetitus in ſpeculationem traducitur. Q uo in loco nouum aduerſus ſe bellum excitari ſentit. Cerberus enim hæc ingens latratu regna trifauci perſonat aduerſo recubans immanis in antro, Sed animaduerte quã paruo negocio omnia a Sybilla pacata reddantur: Offam enim latranti cani porrigit Q ua uorata ille in ſomnum incidit. Q uapropter occupat æneas aditum custode ſepulto: Cerberum igitur ea fortaſſe ratione tricipitem poetæ tradiderũt: quoniam illum terram quæ trifariam diuiditur/interpretantur. dicuntq; græce

quaſi Omnia enim corpora uorat terra: quãdo quidem in ea omnia recidunt. Si igitur terra eſt cerberus: quis non uideat poetã noſtrum per cerberi latratus noſtri corporis indigentiam exprimere uoluiſſe. Cũ enim ad rerum magnarum cognitionem erigimur: hoc profecto agimus: ut mentem quoad eius fieri poteſt a ſenſibus ſeuocemus: emoriq; diſcamus: non tamen ex huiuſcemodi mortis cõmentatione intereat corpus neceſſe putes: ſed eſt illius ratio habenda. Reclamat enim ne ſibi neceſſaria ſubtrahas: Inſurgitq; trifauci latratu. Tribus enim rebus indiget cibo potu ac ſomno: In quibus niſi ſatis illi a nobis fiat adeo obſtrepet/ut nihil egregium meditari ſinat. Q uamobrem nullo pacto negligenda eſt cura corporis: ſimpliciter tamen modeſte ac omnino ſobrie/reficiendum: ut cum laboribus ſupereſſe poſſit: nimio tamen luxu contumax aduerſus animum non reddatur: paucis enim natura contenta eſt: atq; ea huiuſcemodi ſunt/ut ſine labore: ſine ſumptu facile comparentur. Nam ne fortaſſe ad ea re me te reuocare credas quibus Cinicus cõtẽtus eſſe poſſit: cui crudum olus nullo etiam ſale cõditum ſuauiſſimas epulas præbere poſſit: audi ea quibus uoluptatum patronus Epicurus acquieſci: Num ipſe minus uiliſſimo panno: quam aut purpurea aut coccina ueſte a frigore defendi exiſtimat. nũ ſitim niſi chio aut cretẽſi uino extingui: num famem niſi exquiſitiſſimis regiiſq; dapibus ſedari poſſe putat: Epicurus inquam qui in corporis uoluptate ſummum bonum ponit nullũ aliud pulmentum in cœna præter famem ac ſitim quæſiuit: quem etiam legim9 ad panem raro quicquam præter caſeum addere ſolitum. Ficedulas autem ac pauones reliquaq; illa flagitia quæ & Macrobius in pontificalibus ſuorum temporum cœnis deteſtatur: & nos noſtra tempeſtate in romanorum præſulum dapibus ſine ſumma indignatione ac gemitu meminiſſe non poſſumus ueluti pernitioſiſſima monſtra exhorrebat: Q ua quidem in re ego te mi LAVRENTI ſicut in cæteris temperantiæ partibus ſumma laude dignum puto: Nam præter id quod plurimos iam annos ut iuncturarum articulorumq; dolores effugias: uinum non bibis nonne pro miraculo haberi poteſt/ut tu in tanta rerum omnium affluentia: in tanto urbis noſtræ luxu: in frequentibus lautiſſimiſq; propter aſſiduas hoſpitalitates & crebra ſodalitia tuæ domus conuiuiis nihil in tuum uictum niſi ſimplex ac populare ſumas: Q uæ dum cogito redeunt mihi ad memoriam ea quoq; quæ de Federico Vrbinatum principe non ſolum audiui: ſed etiam propter antiquum hoſpitium & ueterem amicitiã ſæpiſſime uidi: In quo duce (& ſi plurimæ aliæ) ea magnitudine uirtutes luceſcant/ut ueluti ſolis radiis minora ſydera euaneſcunt: ita hæc illarum ſplendore obruatur: tamen quis non obſtupeſcat tã

ti uiri cõtinẽtiam ac ſobrietatẽ:nõ dicam in caſtris ubi uita ſolet eſſe duriori & rerum ſæpe inopia nullũ inter ſummũ ducẽ ac extremos lyxas & calones diſcrimen eſſe patit':ſed domi quoq; ac in aula:in qua cũ oĩa ornamenta paria ſuæ fortunæ ſeſe offerant:nec uſq̃ aut liberalitas/aut magnificẽtia deſideret' : tamẽ diſcũbente illo nulli aut pãtalabo aut nomẽtano/ſed & philoſopho & oratori locus relinquitur.Ipſe enim a primis annis uini parciſſimus fuit:cuius uſum paulatim intermittendo eo progreſſus eſt/ut iam diu illud omiſerit/nemo eſt qui communioribus epulis/nemo qui ſimplicioribus ueſcatur/quibus dum corporis uires reſtaurant' ſuauiſſimis interim doctoꝝ uirorum diſputationibus animus alitur.Itaq; euenit perſæpe & dum ſingulis annis ualitudinis ociandiq; cauſa romanos autumnos effugiens ad illum diuertor:uidear mihi a Sardanapalli cœnis in Alcinoi conuiuium incidiſſe/& ad aliquem ſocraticum hoſpitem deueniſſe:in quo priſcæ continentiæ ueſtigia tam uehementer me delectãt/quãtum noſtroꝝ hominum qui rubris nigriſq; galeris:ac niueis riciniis totius ſanctitatis doctrinam ꝓfitent' luxus laſciuiaq; exagitat.Pudet enim pudet mi Laurenti pigetq; noſtroꝝ morum cũ in totius rei publicæ chriſtianæ curiam in qua integra religione maximaq; doctrina nonnullos optimos patres & tanto ſenatu dignos eſſe non negauerim/iis hominibus aditum quotidie patere uideam:quos ego tunc demum ſenatorium ordinem romæ iure obtinere cenſerem/ſi Heliogabalus ab inferis reductus rurſus imperaret.Verum cũ hæc me alio in loco deploraſſe meminerim agamus quod iſtat. Atq; naturam noſtram minimis cõtẽtam eſſe intelligamus.Quod cũ exprimere cupet Maro Sybillam quæ uera doctrina eſt inducit offam in qua & aridũ & humeſcens ſimul alimẽtum ſit/Cerbero porrigẽtem/qua facile & famem ſitimq; ſedet:& in ſomnũ incidat.Aureũ ꝓfecto præceptũ.Nam qui aut lautiſſimis epulis corpori indulget:aut uaria uina exq̃rit ipſa crapula atq; ebrietate & corpus contumax ſibi reddit/& animi aciem ita hebetat/ut nihil altũ ſuſpicere poſſit.Optima quidem ſunt iſta quæ dicis inq̃t LAVRENTIVS.Verum de Cerbero non idem poetas omnes ſentire uideo:Maro enim eum canem ita latrãtem inducit/ut non egredi ſed ingredi cupientibus aduerſet':cuius q̃dem rei rationem optime a te expoſitam eſſe intelligo.Nam huiuſcemodi corporis indigentia non iis allatrat qui ad corpus curãdum redeũt:ſed iis qui illo neglecto ad ueri cognitionẽ cõuertant' Itaq; ut dixi ego q̃d Maro ſibi uelit plane tenere uideor:Verũ cum apud Heſiodum poetam ut te non fugit nobiliſſimum legerim Cerberum uenietibus cauda auribuſq; blandiri:Exire uero neminẽ pati:In inſidiis enim deliteſcẽs:quemcũq; extra ianuam offendat:ſtatim morſu laniat:nõ intelligo quo nam modo hæc oĩno inter ſe diuerſa non ſint niſi fortaſſe alium ad inferos deſcẽſum Heſiodus alium Maro exprimere uoluerit.Ingenioſe tu quidem inquit BAPTISTA:Deſcendit enim ad inferos æneas:q̃a in uitioꝝ cognitionẽ tẽdit:Quod ſi ita eſt ingredienti aduerſabit' Cerberus:odit enim hæc corpus:Fac aũt aliũ nõ ut mali naturam cognoſcat inferos petere:ſed in ipſa uitia labi auribus & cauda blãdiet' Cerberus: q̃ppe qui illũ ingredi cupiat:Nam q̃d aliud moliunt':quid aliud conant' perditi hoĩes niſi ut tricipitis belluæ non ſolũ indigẽtiæ ſatiſfaciãt:ſed oẽs uoluptates expleant:Quod ſi idẽ iſti nõnunq̃ ꝑditã uitã reliquere:id enim eſt inferos egredi.

tenent tũc latrat tunc mordet canis. Recte igit̃ addubitaſti. Recti us aũt dubitatio
nem ſoluiſti. Sed ut ad Maronis ceiberum redeam facile ille ſimp liciſſ mis epulis
acquieuit: Aeneas autem celer ripam euadit: Non enim lente & cum ſegr itie hæc
ad unda ſunt: ſed omni contentione atq; ardore capeſſenda. Q uoniam aut or-
do in rebus huiuſcemodi eſt ut primo uitia cognoſcant̃. Cognita deinde effugiã-
tur: ut poſtremo iilis purgati rerum diuinarum in quibus ſummum bonum con
ſiſtit idonei contemplatores efficiamur/erat illi totius humanæ uitæ curſus men-
te repetendus/ut perſpicue intelligeret nõ ſolum quãto ſe ſcelere aſtringãt qui no
biliore ſui parte neglecta in uno corpore: & in iis quæ a corpore ſunt uoluptatibꝰ
ſpem omnem reponunt. Verum etiam quãta miſeria opprimant̃. Earũ enim uir
tutum armis quibus ſolis uictores euadere potuiſſent penitus exuti crudeliſſimis
fortunæ ictibus nudos ſeſe obiiciunt/& ut cætera aduerſa/quæ innumera quoti-
die accidunt omittam/mortem ipſam quæ ſingulis horarum momentis impẽdet
ueluti ſummum omnium malorum exhorrẽt. Q ui quidem mœtus etiam ſi nul
la alia pturbatione afficiaris ipſe unus nos nunq̃ reſpirare ſinit. Q uapropter hãc
ſæpe ipſos infantes in primo uitæ limine petere oſtẽdit. Hãc & in fontibus p uim
inferri edocet. Hãc & ſibi ipſis eos afferre demonſtrat: qui adeo imbecillo animo
ſunt/ut grauiſſimis quibuſdam pturbationibus ſe pares gerere nequeãt. Q uæ q
dem omnia diligenter intuens æneas decernit tãdem hoc in primis ſapienti præ-
ſtandum eſſe ut culpa uacet/mortem autem ipſam inter naturæ munera enume-
ret/cum ex ea nõ ſolum nihil mali nobis id eſt animis noſtris eueniãt / ſed contra
ſummum bonum/quoniã a tam tetro carcere ſoluti in noſtram naturã redeamꝰ.
Q ua qdem ratione fateri cogemur amice atq; indulgenter cũ illis eſſe actum qui
antea ad huiuſcemodi miſeriis erepti ſint/quam in eas inciderint/diuinũq; omni
no munus illud in cleobim/& bitonẽ a Iunone collatum: qui pro ſũma in ipſam
deam atq; in matrem pietate mortem cõſecuti ſint/ Cæteriſq; omnibus nationi-
bus ac populis ſapiẽtiores eſſe trauſos putabimus/ii enim populi in thracia ſunt
qui ſuorum ortum multis lachrimis ac lamentationibus excipiunt: quot mala il-
lis in uita euentura ſint enumerãtes. Obitum uero omni genere lætitiæ ꝓſequun
tur. Cogitant enim quot erũnis q̃ uariis grauibuſq; fortunæ caſibus morte libera
ti ſint. Huiuſcemodi igitur rationibus paulatim æneas mœtum mortis deponit:
Q uin ſi aut ſe aut quempiam bonum uirum ſupplicio morte ue per ſummã in-
iuriam peti uidebit non ſtultiſſime ut Xanthippe illa de ſocrate ſaltẽ merenti hoc
eueniret dicet. Sed quod uerum eſſe ſapientes norunt ſtulti uero negant a nemi-
ne niſi a ſe ipſo quenq̃ lædi poſſe affirmabit: neq; quicq̃ quod turpitudine careat
in malis enumerabit. Q uin & ſocratica argumentatione cõuincet quicũq; iniu-
ſte crudeliterq; in alium egerit non illum ſed ſe ipſum iniuria afficere. Eos autem
omni odio inſectandos ducet/qui animum immortalem & ſuapte natura ita ro-
buſtum/ut humana omnia contẽnere poſſit adeo ſua ſtultitia eneruauerit: adeo
praua conſuetudine imbecillum reddit: ut fœmineo amore incẽſus in eum pau-
latim furorem prolapſus ſit: ut ſibi ipſe manus attulerit: & morte q̃ ſummum eſ-
ſe malum putabat id quo urgebatur malum effugere tentauerit. Q uia quidem
in re primum ignauiam atq; inertiam eorum damnat: quia ſua culpa in eum ſibi

dinoſum amorem inciderint quem Plato ab humanis morbis natum affirmat: quoniam illi eo ſoli afficiant᷑ qui uentri ac ſomno dediti: & diuinitatẽ ſuã quam erroris denſis tenebris obrui permiſerũt penitus obliti nihil præter caducã: & aut morbo aut ætate cito perituram corporis formam reſpiciunt. Quamobrem bis peccant. Nam & a principio ſuo deſidioſo ocio ac libidinoſa laſciuia effectum eſt ut in rem ſollicitudine plenam inciderint. Deinde cum morbum ſua culpa cõtractum diutius pati nequeant: ſumma ſe impietate aſtringunt qui a ſummo deo in corpus ueluti in cuſtodiam miſſi in iuſſu ipſius illud deſerunt. Speculat᷑ poſt hæc extremam eorum hominum inſaniam/qui cum per ſummam iuſtitiam in tranquillo ſecuroqꝫ ocio degere poſſent/per ſummam tamẽ iniuriam ac impietatẽ pacem perturbare/ac omnia miſcere maluerũt. Nam aut nulla iniuria affecti ipſi ultro auaritia ambitione ue impulſi ferro igni fraude nihil tale merentes laceſſerũt/ aut ipſi laceſſiti nihil de iure quod hominis ꝓprium eſt diſceptantes ad uim quæ ferarum eſt ſe contulerunt: Hinc genus humanum cui per cõcordiam in ſummo ocio uiuere licuerat aſſiduo miſceri uidemus: Hinc multarum regionum populationes & infinitoꝝ mortalium cædes oriri aiaduertimus: ut cum undiqꝫ quæcũqꝫ nobis calamitates eueniũt colligerimus: nulla homini q̃ homo acerbior peſtis inueniat᷑: Vides igit᷑ q̃ exacta ſapiẽtia hæc oia poeticis figmẽtis exponantur. Quæ quidem quoniam huiuſcemodi eſſe animaduertit/ut & cum ſcelere fiant/& poſſint etiam uitio carere/placuit ut una ac ſimplici cõmuniqꝫ uia iretur. Cum autẽ a Deiphœbo iam diſceſſum fuerit/quoniã eam iam ſeſe contẽplanda offerũt/quæ aut penitus flagitioſa ſint/aut ꝓcul ab omni ſcelere ſolam uirtutem contineãt duplicem iam eſſe uiam oportet: ut altera in ſiniſtram ad uitia deflectatur: Altera uero in dextram ad uirtutes deueniat᷑. Hoc igit᷑ inquit LAVRENTIVS & Pythagoram illum exprimere uoluiſſe crediderim: qui litteram y adinuenit. Quod nõ latuit Perſius poeta/cuius eſt illud. Et uitæ neſcius error Deduxit trepidas ramoſa incompita mentes. Iſthuc ipſum inquit BAPTISTA. Sed uideamus quæ ſequãtur. Aeneas ſub rupe ſiniſtra mœnia lata uidet triplici circũdata muro. Mirifica ꝑfecto tartarorum deſcriptio. Locus enim exprimendus iam eſt in quo uaria ſcelera puniantur. Hæc græci tartara ab eo quod eſt tarattiiid enim eſt perturbare: ex perturbationibus enim uitia oriunt᷑: eademqꝫ perturbatam ſemper peccatoris mentem tenent: Includuntur autem triplici muro: quia non una ac ſimplici uia ſed triplici peccamus. primo enim quodam ſolo animi motu ab deprauata uolũtate ſcelus concipimus. Secundo deinceps loco accedit actus. Qui poſtremo iterum atqꝫ iterum multotienſqꝫ repetitus habitum obducit. Quamobrem hæc tria in tartaris iure expreſſit poeta quæ procul a uiro beato eſſe teſtatur ſacrorum carminũ uates. Ille enim ſtatim a principio ſic ordit᷑: Beatus uir/qui non abiit in conſilio impiorum. Vides iam motum primum animi ad ſcelus. Deinde & in uia peccatorũ non ſtetit. Quid enim aliud uia eſt niſi ipſa actio rei: quæ ſæpius repetita nõ amplius in motu eſt: ſed iam ſedem ſibi ponit & reſidet in habitu iam conſtabilito. Recte igit᷑ & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Quod autem flammifluo phlegethontis flumine tartara ambiant᷑: minime abſurde dixit. Oſtendit enim ardorem iracundiæ: & animorum æſtus quibus id hominum genus aſſiduo torretur.

Tantum enim eſt uitiorum odium/ut & qui illis delectati ſunt tandem pœniten
tiam deducti uitam præteritam damnent:uehementerq; oderint: ſibi uero ipſis
acerrime iraſcantur. Nam tu demum claſſes tranſiſſe dies lucemq; paluſtrem:Ca
ptiui tamen unico habitus detenti inuiti trahuntur atq; ira furoreq; exeduntur.
Quapropter rapidus flammis ambit torrentibus omnis: Tartareus phlegethon.
Nulla enim fornax/nulla fabrorum officina magis exæſtuat quam ſceleratorum
mens. Nam ſaxa a flumine contorta oſtendunt quam graues quam moleſti ſint
huiuſcemodi motus atq; exagitationes. Addit ad hæc portam munitiſſimā & ſoli
do adamante columnas: quibus locum ita munitum reddit:ut neq; uirorum ne
q; cælicolarum ui effringi poſſit: Quid ergo ſibi uult doctiſſimus uir: Nempe
hoc ut puto uiros flagitioſos ac perditos cum in tartara deuenerint: id autem eſt
cum longo habitu ſcelerum mancipia effecti ſint/nullis uirorum monitis:nullis
diuinis præceptis: nulla deniq; ſyderum clementia inde eripi poſſe: Quapro-
pter iure tales homines & latini perditos / & græci aſotos appellant. Erit igitur in
quit LAVRENTIVS amiſſum in illis liberum mentis arbitrium / ut & ſi uelint
ad uirtutem redire nequeant. Video & in hoc ingenii tui acumen inquit BAPTI
STA. Nam breui interrogatiuncula illa omnia concitaſti: quæ a grauiſſimis phi
loſophis de uoluntario deq; inuoluntario quæri ſolent. Qua quidem in re nō
ſolum ingenium laudo/ſed conſilium quoq; uehementer approbo. Nam cum
multa ſeſe tibi offerant: quæ ſine cuiuſquam auxilio ipſe tibi ſoluere poſſis / ea
tamen ab alio dici mauis/ut & modeſtiæ quod nihil tibi arroges: & ĩgenii quod
prudenter interroges ſimul laudem feras. Verum facile ita huic loco occurretur
ſi dicemus non uoluiſſe poetam ineuitabilem neceſſitatem/ſed eam difficultatē
quæ impoſſibilitati proxima ſit demonſtrare. Sed fac etiam (ſi placet) omnem ex
cidendi facultatem adimere. Non tamen dicemus flagitia quæ committunt in-
uoluntaria eſſe. quando illorum principium uoluntarium fuit. Nouit enim in-
continens peccare cum adulterium committit: poteſtq; abſtinere ſi uult. Peccat
igitur uolens donec aſſiduis huiuſcemodi deprauatis actionibus eo perueniat/ut
contracta iam intemperantia etiam ſi uelit abſtinere non poſſit/non tamen inui-
tus dicetur peccaſſe/quamuis tunc nolit quoniam licuerat a principio/modo uo
luiſſet in firmum illum intemperantiæ habitum non deuenire: Quapropter nō
magis inuitus peccaſſe dicetur/q̄ qui ſua ſponte in quempiam lapidem iaciat de-
inde pœnitentia ductus reuocaret ſi poſſet lapidem: qui per aerem fertur quoni
am nollet hominem ferire. Ferit igitur & bene uolens: quoniam initium a ſua
uoluntate fuit. Sed hæc latius apud Ariſtotelem in libro de moribus diſputata
inuenies. Itaq; redeo ad æneam: qui ut uides urbem ipſam non ingredit̃. Nam
qui uitia ſpeculantur non uerſantur inter uitia. Illorum uero uim atq; naturam
a Sybilla (nam cuncta edocet doctrina) penitus intelligit. Procul tamen in limi
ne Tyſiphonem uidet. ponit igitur furias in limine tartari/de quibꝰ plæraq; quæ
a poetis finguntur ueluti notiſſima omittam. Plane autem conſtat placuiſſe pri
ſcis ſcriptoribus quicunq; maiori flagitio ſe obſtrinxerint a furiis uexari: ut in
Horeſtis Alcmeoniſq; matricidio uidemus. Quo in loco quidnam aliud expri
munt furiæ: niſi inquietudinem ac potius uexationem quandam turbulentiſ

ſimam mentis noſtræ/ quæ commiſſi flagitii recordatione ſeſe aſſiduo dedant.
Nam prima hæc eſt ultio quod ſe iudice nemo nocens abſoluitur. Vt enim le
ges/ut iudicia/ut dedecus/ut infamiam effugias: nemo uiderit: nemo audierit.
Qui teſtis citari poſſit adeſt tamen ipſa conſcientia: quæ te urget: inſectatur in
iudicium rapit. grauiſſimum teſtimonium dicit: conuincit denique: Nam ne ab
eodem Iuuenale diſcedam/ ſe iudice: nemo nocens abſoluitur. Hæc igit' ſunt
illa flagella: hi ſerpentum morſus quibus furiæ nos exagitant. Habes de furi
is: Cum autem uaria ſcelera: atque flagitia explicanda eſſent: ea quæ omnium
grauiſſima exiſtunt a principio enumerat. Impietatem in deos/atque ſuperbi
am in homines. Nam & titaniam prolem & geminos aloidas & Salmoneum
& deorum & hominum contemptores intelligimus. Titii autem uulturem cũ
quem paulo ante dicebam/conſcientiæ cruciatum doctiores interpretantur. Il
le enim ueluti ſæuiſſimus ſcelerum uindex: quæ flagitio obnoxia ſunt inteſti
na aſſiduo rimatur: & dum commiſſa in mentem reducit in intima præcor
dia corrodit/curaſque aſſiduo excitat/nec reſpirandi ſpatium præbet/ lapithas
uero & Ixionem tyrannidis exemplar eſſe uult/quos ſuper atra ſilex iam/iam
lapſura cadenti imminet aſſimilis: Nunquam enim ſine impendentis mali ex
pectatione uiuunt. Quod & Dionyſius ille Syracuſanus Damodi familiari
ſuo illum beatiſſimum putanti probe oſtendit / cum illum ita inter lautiſſi
mas epulas ac pretioſa unguenta collocaſſet/ut tamen metu enſis a lacunari
ſupra caput equina ſeta pendentis nulla poſſet uoluptate affici. Verum hæc
multo melius noſcunt homines quam detur modo imperii acquirendi facul
tas: euitare ſciant. Nec uero difficile eſt intelligere quid ſibi uelint epulæ an
te ora paratæ regifico luxu: cur furiarum maxima iuxta accubat: & manibus
prohibet contingere menſas: Neque enim uerius neque expreſſius auaritiam no
tare potuit: quæ in eam homines dementiam protrahit/ut cum plurima con
geſſerint/tum maxime fame perire malint/quam congeſta minuere. Qua
re & pulchre Oratius Tantalo illos comparat / qui apud inferos conſtitutus:
in maxima aquarum pomorumque copia ſiti fameque torqueatur. Pulchre eti
am & illud: Congeſtis undique ſaccis indormis inhians & tanquam parcere ſa
cris cogeris/pictis tanquam gaudere tabellis. Magna profecto hominum ſtulti
tia qui non norunt harum rerum poſſeſſionem non propter ſe expeti/ſed pro
pter illarum uſum. Quapropter bona illa non recte/utilia autem recte appel
lamus. Sed nimis multa quando multis iam in locis de auaritia diximus/ita
que reliqua uideamus: Saxum enim ingens ii uoluunt: Quorum uita per ſum
mam miſeriam in eo uerſatur ut ſemper ea petant: ea moliri tentent/quæ ſupra
aut naturam aut fortunam ſuam conſtituta efficere nequeant: omneſque eorum
conatus irriti inefficaceſque ſint. Rotarum uero radiis deſtricti pendere nonne niu
re dicuntur: qui nihil ratione & conſilio præuidentes: nihil uirtute explicantes a
deo ſe fortunæ committunt/ut eius caſibus ueluti inter eurypi fluctibus iactati:
aſſiduo rotentur. neque uirtutem ullam habent in quam ueluti in tutum tranquil
lumque portum ſeſe recipere poſſint. Huiuſcemodi igitur uitia ac reliqua quæ plu

rima uariaq; ſunt edocet Aeneam Sybilla / doctumq; ſtatim ut ſe illis expiet admonet: ut purus campos elyſios ingredi poſſit. Quis igitur Maronem a Platonis dogmate diſcedere dicat. Ille enim cum ſummum bonum in diuinarum rerum cognitione poſuiſſet: proptereaq; cenſerei omni uirtutum genere excellere eum oportere: qui cum ſit futurus beatus / tamen ab iis incipiendum eſſe oſtendit quæ ſint in uita & moribus poſitæ. Cum enim diuina / quæ puriſſima & ab omni labe corporea impolluta ſunt impurus nemo attingere ualeat: per huiuſcemodi uirtutes expiemur neceſſe eſt / illis enim & uitia cognoſcimus: & cognita abhominamur: atq; puriſſimi rediti cæleſtia ac immortalia egredi poſſumus: Hac igitur ratione impulſus Maro cum ad ſummum bonum perducere hominem uelit: ita Aeneam inſtituendum curat: ut primo uitia omnia edoceat / deinde illis eum expiatum ad campos elyſios perducat. Cognita enim uitiorum turpitudine ſtatim eorum odium nos irrepit: quæ quidem prima omnino ſapientia eſt. Auditus enim ad illam / eſt ut ſtultitia careamus. Sed tu neſcio quid mirabundus tecum animo uoluis: iſthuc ipſum inquit LAVRENTIVS. Sed uide quantum tibi ex tua diſputatione debeam. Dum enim mihi planum reddere Maronem tentas: idq; efficis eodem tempore in noſtri ciuis diuinum poema inducis. Nunc enim demum perſpicio quid ſibi uelit Danthes / qui primum ad inferos deſcendat: atq; inde emergens nullam aliam uiam niſi per purgatoria loca ad cælum inueniat: Macte uirtutis adoleſcens inquit BAPTISTA: qui non ea ſolum quæ dicam & ſi difficilia ſint facile accipias. Sed quadam ſimilitudine ductus inde ad alia accedas / ut cum ille maximam laudem ex diligentiſſima quadam & ingenii artificiiq; plena imitatione aſſecutus ſit: tu quoq; non mediocrem laudem merearis. qui hæc omnia / quanquam uehementer diſſimulata ſint in illo poeta recognoſcas. Ego uero inquit. L. quantum ex hoc merear ipſe iudicabis: quanquam uerior ne nimio in me amore lapſus noſtrum hoc ingenium longe pluris facias / quã oportet. illud tamen & ſi alienum a propoſito ſermone uideatur / non omittam. Tu autem quod dicam ea ratione a me dictũ credas uelim / non ut meum ueluti decretum in tanta reponam / ſed ut iudicium tuum quod ego omnium reliquorum iudicio antepono meis uerbis eliciam. Ego a prima pene pueritia ex utriuſq; parentis inſtituto adeo familiare uniuerſum opus florentini poetæ mihi reddidi / ut pauca omnino ſint in eo loci quos ego ſiquando illi huiuſcemodi oblectamenti genus requirerent / non facile ad uerbum exprimerem. Sed quid poteram puer ex tam diuino uate p̃ter mera uerba percipere. Nunc autem cum uniuerſum rei argumentũ mente percurro ſumma admiratione eius uiri ingenium proſequor. Nã cũ in opere ſuo texendo pauca omnino fila de uirgiliana tela mutuari uideat̃: tamen inde oĩa pene ſint. Quãobrem nunc id demum intelligo / quod nos ex Ciceronis p̃cepto ſæpenumero Lãdinus admonere ſolet eẽ in aliquo imitãdo diligẽtem oĩno rationẽ adhibendã. Neq; enim id agendum uti idem ſimus qui ſunt inſquos imitamur. Sed eorum ita ſimiles: ut ipſa ſimilitudo uix illa quidem neq; niſi a doctis intelligatur. Sed tu ſi uidetur ad inceptum redi. Cum igitur inquit. B.

omnibus iam uitiis expiatum Aeneam ad earum rerum cognitionem Mato deductur⁹ eſſet: quæ in cælis ſunt non cælum ſed elyſios campos nominat. Miro profecto ingenio uates / & qui eodem tempore & figmento ſuo & ueritati inſeruiat: Nam & ſi apud inferos poetarum more heroas relegaſſet: tamen ut hæc omnia de cælo illum ſentire animaduertamus largiorem ætherem: ac ſuum ſolem ſuaq; ſydera illis tribuit / ut cum a figmento nuſquam diſcedat philoſophiæ tamen ueritatem proſequatur. Nos autem ſi quos uiros ille in cælos reponat diligentius conſiderabimus: ea omnia quæ primo diſputationis die de utroq; uitæ genere a nobis expoſita ſunt acutiſſime illum eſſe complexum animaduertemus / ut & qui in rerum cognitione religioſe / & qui in actionibus ac uita ciuili iuſte uerſati ſint digni omnino exiſtant: qui in cælum uelu ti in originem ſuam redeant: Quapropter & Orpheum & Muſeum ac reliquos qui caſti fuerunt ſacerdotes: qui phœbo digna locuti uerum reliquis aperire potuerunt: qui uariarum artiũ inuentione uitam exultiorem reddiderunt tanquam ſpeculatores commemorat. Neq; tamen eos obmittit qui aut piis armis aut conſilio opera induſtria atq; auctoritate rem publicam defenderunt: & in ciuili ac ſociali uita uerſati ſunt. Huiuſcemodi itaq; animos ab omni corporea contagione expiatos cum ſimpliciſſimæ & omnino incorporeæ naturæ ſint: & maximarum rerum capaces exiſtant: nullis locorum anguſtiis circũſcriptos / nullis regionum terminis incluſos eum animaduertat / ſed liberrime per omnes mundi oras uagare uideat: ita Muſeum loquentem inducit: ut oſtendat nulli eſſe certam domum / Quin & cum ita ſcribit quæ gratia curruum armorumq; uiuis fuit quæ cura nitentes paſcere equos eadem ſequitur tellure repoſtos. demonſtrat non eſſe ſe immemorem eorũ quæ & diuinus Plato: & platonicus Cicero de animis noſtris ſentit. Cenſent enim adminiſtratores rerum.p. cum in cælum recepti fuerint regendorum hominum curam non deponere. Neq; ſolum ii qui iuſte pieq; uixerunt eodem auctore iiſdem ſtudiis detinentur corpore exuti: quibus dum uita manebat delectabantur: Verum flagitioſorum quoq; animi / quoniam multum ex ſordibus quibus intra corpora ſe fœdauerunt / ſecum inde trahunt a priſtinis curis diſcedere nequeunt. Vidiſtis ni fallor longum quidem iter / ac difficultatibus erroribuſq; plenum: ſed quo tandem uir uirtutis amator finem diu concupitum attigerit. Per uarios enim caſus per tot diſcrimina rerum in italiam tendam: & in quietas ſedes deuenit Aeneas. Quem quidem ſi imitabimur & nos corporeis peſtibus liberati / & nitido uirtutum fonte irrigari eodem uitæ genere & dum intra hæc corpora uerſabuntur animi noſtri gaudebimus / & cum inde uoluerint in noſtram originem reuerſi æterno æuo fruemur. Quæ cum ita a BAPTISTA dicta fuiſſent: ut diſputationi finem impoſuiſſe uideretur / nihil poſſum inquit LAVRENTIVS in tam longo ſermone deſiderare. Nam a principio ad hunc uſq; locum ita perpetuo tenore diſputatio perducta eſt: ut nihil aut interruptũ / aut diuulſum / aut præcipitatũ: in quo inter mediũ aliquod relictũ omiſſum ue ſit q̃ri poſſũ. Sũt eñ oĩa mirabili ſerie colligata / & eo ordĩe cõtexta: ut nihil inde demi poſſint: quin quæ reliquũtur manca ſint futura: & nihil addi qđ

quidem ſi abſit /multopere requirendũ uideat᷑.Ignoſcens tamen nimiæ cupidi
tati noſtræ/ſi id nunc requiram:quod cũ uehementer mihi planum reddi cupiã
id neqꝫ hactenus a te expoſitũ intelligã:neqꝫ locũ in quo deinceps exponi poſſit
relictũ uideã:Expectabam enim non modo ſuſpenſo uerum etiam anxio animo
quid tu de iis ſentires:quæ ſuſpiciens Anchiſes ſuo ordine pandit. Tu uero dum
reliqua inter diſputandum ſuis quæqꝫ locis diſtribuis/illa nõ ueluti familiaria in
iuſte eiecta:ſed tanquã aliena ſine ulla iniuria excluſa procul a tua diſputatione
amouiſti. Quapropter incertus ſum quid agam:Nam neqꝫ audeo te longa ora
tione defatigatum quicquã præterea rogare:neqꝫ is quæ ſcire cupio æquo ani-
mo poſſũ carere. Hic arridens BAPTISTA meminiſſe inquit te oportet o Lau
renti nos huiuſcemodi terminis uniuerſam quæſtionem circũſcripſiſſe: ut quæ
ambagibus quibuſdam/atqꝫ allegoriæ figmentis obſcurata eſſent aperienda pro
poneremus:tu autem ea requiris quæ ſuis uerbis ſine ullo figmento enarrãtur.
Ego tamen non ita exacta ratione tecum agam/ut quod ex pacto debetur/ id ſo
lum enumerem: Sed præter id gratis aliquid in ea liberalitate accedere uolo: Id
igitur quod Maro ut Principio cælum ac terras:camposqꝫ liquentes: Lucentem-
qꝫ globum lunæ titaniaqꝫ aſtra:Spiritus intus alit: huiuſcemodi eſt ut ſtoicorũ
de diis opinionem referat:Longum eſſe ſi nunc omnium antiquorum philoſo-
phorum de diis immortalibus ſententias referam: Quæ quidem tam diuerſæ
tâqꝫ inter ſe aduerſæ ſunt/ut totidem pene reperiantur/quot ſunt eorum qui ſcri
pſerunt capita:Non enim ſingulæ ſolum familiæ ſingulas ſentẽtias excogitarũt:
Sed ſæpe inter ſe eiuſdem ſectæ uiri uehementer de re ipſa diſſentiunt. Verum ut
reliqua ad præſens miſſa faciam & ad ea quæ præſenti inquiſitioni conſentanea
ſunt deueniam:plæriqꝫ ſtoicorum:ſed præſertim eorum princeps Zeno uniuer-
ſum mundi globum mentem & ratione & ſumma ſapientia præditã habere cre-
diderunt /eamqꝫ eſſe ignem quendam puriſſimum ac tenuiſſimũ. At ueluti ani
mi noſtri per ſui corporis particulas oẽs diffunduntur/ita illũ per oĩa mundi mẽ
bra ueluti genitale ſemen unde cuncta procreantur/penetrare:quippe qui uigor
ſemenqꝫ ſit omniũ procreandorum. Virgilius igitur quãuis ui reliquis a Platone
ſuo nunquã diſcedat/tamẽ cum uidiſſet Chryſippũ in eo quem de natura deoꝝ
ſcripſit libro Orphei muſei Heſiodi atqꝫ Homeri fabellas ita interpretari/ut idẽ
priſcos olim poetas ſenſiſſe conetur oſtendere:quod multis poſtea annis ſtoici
ſenſerunt:ſtatuit hac in re ne ab iis poetis quorum ſimilis eſſe cupiebat diſſimi-
lis putaretur/& ipſe porticum fulcire ac ſtoicis adhærere. Nã Platonis longe alia
ſententia eſt. Ponit enim deũ penitus incorporeum:atqꝫ extra omnem materiã/
omnemqꝫ mundum in ipſo cæli dorſo exiſtentem. Quapropter illũ hypercoſ-
mion appellat:quoniam eſſentia ſua ſupra cæli uerticem maneat:cum tamen ui
ac prouidentia nuſquam abſit. ſed omnia circũſpiciens etiam minima curet. In
phædro enim ait. Magnus in cælo Iupiter citans alatum currum incedit. Primus
exornans cuncta. Eodemqꝫ in libro demonſtrat locum illum neminem adhuc
laudaſſe poetarum:nec unquam pro dignitate laudaturum. Quamobrem cum
Platonici deum extra mundum ponant:quibus etiam Ariſtotelici aſſentiuntur:
Stoici aũt illũ per omnẽ ut dixi mundum diffundãt. qs nõ uiderit Virgilium

eum deum quem in porticu uiderat deſcripſiſſe:animoſq; noſtros illius particu
las eſſe a Chryſippo accepiſſe.Cũ autem prouidentiam dei multis in locis proſe
quaturi nuſquam a Platone diſcedit.Non enim idem omnes ſentiunt.Q uæras
fortaſſe quid de mundo ſentiat Plato.Cenſet quidem animam eũ habere/a qua
reliquorum animantium animæ ſint.hominum autem animos ab eo deo quẽ
paulo ante dixi creari:& ratione exornari uult:Corpus autem atq; cæteras oẽs
uires/quas præter rationem in his eſſe ſcimus homini ab animo mundi eſſe ſcri
bit.Eſt enim ille dei uicarius:cui ſylua uniuerſa ueluti ſua prouincia demãdata
ſit.Itaq; illi uitã motumq; præbet/non ſua ui aut facultate/ſed quicquid agit id
ueluti dei inſtrumentũ agit.Declinat igitur paululum de uia Maro : atq; a Pla
tone ſuo diſcedit . Cum autem dei prouidentiã plurimis locis proſequituri illi
totus adhæret.Non enim idem omnes ſentiunt.Sunt enim in fortunæ qui caſi
bus omnia ponanti & nullo credãt mundum rectore moueri . Q ua in ſenten
tia Leucippum abderitem/eiuſq; conciuẽ Democritum: Protagoram quoq; &
Theodorum ac Epicurum reperias:Sunt itidem qui Ariſtotelem ſecuti non ita
ocioſum deũ ponãt:ut nihil omnino curare dicant. Illius tamen prouidentia lu
næ orbem deſcendere nõ credunt:Sunt deniq; & tertii qui & ſi uniuerſum per
tingere illam uelint maxima tamen dũtaxat curare/minima uero omnino negli
gere opinent᷑.At Plato ut cuncta a deo facta putat/ſic cuncta illum curare exiſti
mat:Atq; hæc de deo.Orbẽ uero quo uiciſſim animos noſtros ab inferis ad cor
pus:atq; inde rurſus ad inferos tranſire ſcribit ab academia eſſe non negamus:
Verum ſi latius de re huiuſcemodi differendum propoſuiſſemus:extant multo
diuiniora quæ a tãto philoſopho de aĩoꝝ corpore diſceſſu ꝓferre poſſimus:Sed
difficile oĩno eſt tam breui tempore res arduas/& longa diligentiq; oratione ex
plicandas his anguſtiis includere.Itaq; quod ſolum inſtat/id agamus.Inuenies
igitur apud Platonicos cũ mille annos apud inferos fuerint animi hominũ ad
corpora illos redire:atq; inde uiciſſim ad inferos remeare.Idq; totiens facere do
nec duodecim annoꝝ milia tranſierint.Hunc enim orbẽ perfectũ exiſtimãt.Nã
eo ſpatio penitus purgari aĩos credũt:ꝓpterea q; poſſe illos tũ demũ purgatos/in
ſuam originẽ & ad cæleſtes ſedes redire:Q uod ſiquis fuerit qui philoſophiæ ſe
dedat huic tã facilis purgatio obuenit:ut liceat ei poſt tria annoꝝ milia ad ſupe
ros euolare:Addũt etiã ſiqs religioſe oĩno uixerit i eũ ante mille annos & purga
ri/& purgatũ ſtatim in ſuã originẽ redire:Eſt præterea quẽ magnũ annũ appel
lãt:quẽ tũc finiri credunt cum ſol una cũ luna ac quinq; reliquis erratilibus ſtel
lis ad eãdẽ zodiaci partẽ redierint.Exacto igitur hoc tpis circuitu:quẽ & ſi uaria
ſit doctorũ de illo uirorũ ſententia/ſex tamen ac triginta millibus annorũ confi
ci plæriq; credidere.cenſet Plotinus omniũ hominũ animas ad eundẽ uitæ habi
tũ redituras.Hæc igit᷑ & qualia ſint/& quãti facienda/facile ex eo libro percipi
es/quẽ nõdũ expolitũ in manibus hic noſter Marſilius habet: nec adhuc edidit.
Verũ ego cum apud ipſum in fighinenſi diuertiſſem/caſu in eũ incidẽs aperui/
locoſq; quoſdam ſũma cum uoluptate percurri. Res omnino magna eſt LAV
rẽti/& magnis ingeni uiribus tractata /& prorſus digna in qua labores. Poterit
enim nõ ſolum maxima ac pulcherrima & homini ſe ipſum noſſe cupienti per

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

neceſſaria te docere:ſed in ſummam quoq; admirationem rapere. Scribit enim
non phyſice(ut plæriq; ſolent) ſed metaphyſice de animorũ noſtrorũ immorta
litate/ut plane poſſit de ea re omnem dubitationem amouere: Q uem librum cũ
leges/& hæc quæ de Marone requiris: & plæraq; alia quæ nos paulo ante diuiniſ
ſima eſſe non ſumus mentiti/facile cognoſces: Q uæ quidem res facir ut in iis
quæ poſtulaſti breuior q̃ uelles/fortaſſe fuerim. Nihil tamen eſt quod breuitati
ſuccenſeas. Nam cum ea requireres/quæ nullis eius diſputationis quam pepige
ramus cancellis includerentur/poteram illa meo iure ſilentio præterire. Itaq; id
facile ſi forte obiiciatur diluam. Apud uos uero doctiſſimi uiri quo modo me
purgem non inuenio. Video enim dum poſtulanti LAVRENTIO nihil de-
nego/duplicis errati culpam incidiſſe. Nam quid me aut loquacius fingi poteſt/
qui quarto iam die ea eruditiſſimis auribus ueſtris inculcare non deſinam: quæ
qua doctrina eſtis/uobis quã mihi notiora ſint: aut audacius excogitari: qui im
præmeditatus ad diſſerendum de iis rebus acceſſerim/quæ a doctiſſimis iiſdẽq;
diu præmeditatis uiris uix ſatis eleganter/pro ſua dignitate explicari ſoleant. Im
mo quid humanius/quid tua facilitate dignius reſpondit Alamãnus effici potu
it quam ea nobis ociosis diſſerere/quæ tamen magnis uehementerq; urgenti-
bus occupationibus præponere non dubitaremus. Nos autem inquit Petrus ac
ciaiolus/uolo enim & pro fratre meo reſpondere ne optare quidem id auſi eſſe-
mus: quod ultro nobis arridens fortuna attulit: ut tu tali præditus ſapientia at
q; eloquentia uir ea de duplici quæſtione primis duobus diebus breuiter per-
ſpicue: abſoluteq; in unum congereres: quæ non niſi per ſummum laborem: ſũ-
mamq; induſtriam ex multis ac uariis ſcriptoribus erui poſſunt. Nam Maro-
nis diligentiſſima atq; multiplici doctrina referta interpretatio/in qua tertio ac
quarto iam die uerſaris: tum quia pulcherrima/tum quia inaudita accidit nõ mi
nori ſtupore: quã delectatione nos affecit. Non poſſũt ſatis pro ſua dignitate lau
dari quæ a te dicta ſunt inquit Antonius: Sed utinam Baptiſta quoniam reli-
quam ætatem Romæ conſumpſiſti/hanc tandem ſenectutem patriæ uel optan-
ti cõdonare/uel illã tanquã a ſuo ciue exigenti corpore uelis ut ſæpius te de ma-
gnis rebus diſputantem audientes ciues tui doctiores indies melioreſq; reddan-
tur: Verum has ego huius Marci partes eẽ duco: Te enim pro ea quæ illi tecũ in-
tercedit neceſſitudine modo nitat' facile in ſuã ſententiã traducturum confido.
Q uin iſthuc iã diu ago inquit Marcus: nec prius deſinã quã aut rõnibus impe-
trauero/aut præcibus exornauero/aut defatigando extorſero: Sed ut confido
multum me in ea re iuuabit LAVRENTII ac Iuliani ingeniũ ac ſtudiũ. Nã cũ
multũ iam in litteris uterq; ꝑfecerit: ſitq; multarũ rerũ addiſcẽdaꝝ ardentiſſima
cupiditas: cũq; cætera illis & a natura & a fortuna adiumẽta ad rẽ perficiendam
abunde aſſint: nõ patiet' ille diu adoleſcentibus/quos cariſſimos habet/operam
ſuã deſiderari. At q liceat mõ iqt BAPTIſta ego talibꝰ adoleſcẽtibꝰ nunq̃ deero:
Sed ſurgamus iã/& qm̃ primo mane uobis ẽ in urbẽ redeũdũ. Intellexiſti enĩ pau
lo añ Laurẽtiũ publicis lr̃is accerſiri/qd' reliquũ diei eſt ualitudini ĩpẽdamus.

Q uæſtionũ Camaldulẽſiũ Chriſtophori Lãdini florẽtini
Q uarti & ultimi libri Finis. Cum Priuilegio.